



# Sibyllina Oracula de Graeco in Latinvm conversa, et in eadem annotationes.

<https://hdl.handle.net/1874/430786>

# Sibyllina Ora

CVLA DE GRAECO IN  
LATINVM CONVERSA,  
ET IN EADEM ANNO-  
TATIONES.

SEBASTIANO CA-  
stalione interprete.

Cum Cœf. Maieſt. Galliarumq;  
Regis gratia & priuilegio  
ad quinquennium.

B A S I L E A E.

**G**loria patri dei

MI o domini regis et deus dei  
et dominus regnum tuum misericordia  
deus misericordia misericordia

misericordia misericordia misericordia

*SEBASTIANVS  
CASTALIO, MAVRO  
Musæo, Francisci Galliæ regis  
apud Heluetios le-  
gato S.*



OS ES ille diuinus  
Hebræorū legislator, rationē no-  
bis, Maure Mu-  
sæe, tradidit, qua-  
ueros uates à falsis dījudicare  
possimus. Si quis enim apud  
uos ( inquit ) aut uates extiterit,  
aut somniator, qui uobis signum  
aliquod aut prodigiū edat, idq; si  
gnum aut prodigium uobis ab  
illo prædictum euenerit: & ta-  
men idem uos cohortetur ad de-  
os alienos, uobisq; ignotos, se-  
quendos, colendosq;, nolite il-  
lius aut uatis orationi, aut som-

## EPISTOLA

niatoris obtemperare somnio.  
Tentat enim uos Ioua Deus ue-  
ster, ut discat an se toto pectore,  
totoq; animo ametis. Ex his  
Mosis uerbis perspicuū fit, eum  
qui et futura prædicat, & Deū co-  
lere, atq; à falsorum deorum cul-  
tu abhorrere doceat, uerū, affla-  
tumq; diuinitus esse uatē. Quod  
si ea est Sibylla (cuius hæc nos ora-  
cula tractamus) ut & cùm de cæ-  
teris omnib. ferè rebus, tum de  
Christo (ad quē uaticinia omnia  
referri debet) ea prædixerit, quæ  
mirabiliter ad rem cecidere: & ea  
dem Deum unū colere docuerit:  
dubitari profectò non potest,  
quin ea uerè uates sit. Sed sunt  
nonnulli, quibus hæc oracula ni-  
mis aperta uideantur, ideoq; fi-  
cta putent ab aliquo Christiano,  
ad pel-

## N V N C V P A T O R I A.

ad pelliciendos gentiles ad Christū, & ad Christianis gratificandum. Alij, qui quamvis uera esse fateantur, negent tamen his egere Christianos, satis ad Christi cognitionem scriptis Hebræorum munitos. Contra quos mihi dicendum existimo. Igitur qui nimis aperta putat, faciunt arroganter sanè, qui Deo uaticiniorum modū præscribant; quasi non ei liberum sit apertè, obscurè, apud gentes, apud ludæos, futura suo arbitratu predicere: aut quasi non extent in sacris quoq; literis prædictiones quædam clarissime, ut illius qui dicit fore quendam de stirpe Dauidis, nomine Iosiam, qui sit ad arā Bethelensem sacerdotes ipsos immolaturus: ut Esaïæ, qui Cyrū multis antè annis

## EPISTOLA

nominauit, q̄ natus est Cyrus:  
ut Danielis, qui mundi imperia  
sic descripsit, ut ex re gesta uatici-  
niū sumpsisse uideatur: et cætera  
huiusmodi, quæ sunt plurima.  
Sed fateamur sanè, Sibyllina ora-  
cula esse clariora. Nonne quæ de  
Christo gentilib. prædicta sunt,  
ea clariora esse oportuit, quod  
Mose, & cætera disciplina care-  
bant, quæ eis ad Christi lumen  
quasi præluceret: ut quod hic  
deerat, id oraculorū perspicuita-  
te compensaretur? Quanquam  
non debemus oracula ex ea, quæ  
nunc est, luce existimare. Nam  
quæ nobis post res gestas notissima  
sunt, ea cum futura prædice-  
rent, erant obscurissima. Maria,  
Gabriel, Bethlehem, cum nomi-  
nant, omnes quid sit intelligunt.

At

At cū hæc tot antè seculis in Gre-  
cia à Sibylla dicerent, quis pos-  
set cōjicere, quid ea sibi uellent.  
Adde quod Deus, qui fuit ho-  
rum tam clarorum autor oracu-  
lorum, idem uoluit etiā ea mul-  
tis latère seculis, nec in uulgi ue-  
nire manus: sed à paucissimis le-  
gi: quod perinde fuit, ac si essent  
obscurissima. Quod si hæc ficta  
sunt, quando tandem ficta sunt?  
Ante Christi tempora? an post?  
Si antè, uera sunt oracula. Pòst fi-  
cta esse qui possunt: cū multis au-  
torū testimonijs cōstet, ea Rome  
asseruata esse usque à Tarquinij  
Prisci temporibus? semper'que  
Romanos magnis in rebus soli-  
tos adire libros Sibyllinos? At  
dicet aliquis, in eis oracula fuis-  
se de Romanis: sed de Christo

## EPISTOLA

non item. O tergiuersationem.  
Cur minus enim de Christo, q̄  
de Romanis: cuius imperiū &  
maius est, & in florentissima Ro-  
manorū tempora incidit. Quid  
si ualidis testimonij planū facio  
illuc oracula fuisse de Christo?  
Est apud Ciceronē in secūdo de  
Diuinatione libro, disputatio de  
carmine Sibyllino, in qua men-  
tio fit de rege appellādo, et de illa  
Acrostichide: quē locum in An-  
notationibus paulo copiosius  
explicaturi sumus. Atqui extat  
Acrostichis, in qua est, I E S V S  
C H R I S T V S D E I F I L I -  
V S S E R V A T O R, qui in eadē  
rex appellatur: de quo loqui mihi  
uidetur Cicero. Quid de Vir-  
gilio dicam? qui Eclogam quar-  
tam sumpsit ex carmine Cumææ  
Sibyl-

Sibyllæ (testatur enim se ea dicere de ultima Cumæi carminis ætate) quæ Sibylla fuisse uidet eadem quæ & Erythræa & Persica dicta est, quemadmodum sumus in Annotationibus ostensiri: cuius sunt ea quæ hic in manibus habemus oracula. At qui in ea Ecloga, ea dicuntur, quæ non nisi de Christo dici possunt. An uidelicet ea dicebat Virgilius, de nescio quo Pollionis filio, quæ ne de Cæsare quidē (quantūvis assentando) dicere auderet: præsertim cum Pollionis filium nusquam nominet: necq; fœlicitatem illam Pollione patre uenturā dicat, sed consule: Sed esto sane, dixerit illa de Pollionis filio: nesciebat enim de quo scripta essent. At Sibylla de Christo dixerat,

## EPISTOLA

quemadmodum nunc editis his  
oraculis patet, in quib. uidere li-  
cet (si quis diligenter legat) quid  
ex quoq; loco sumpserit Virgi-  
lius. Ex quo perspicuum fit, ante  
Christi ætatem fuisse Romæ de  
ipso oracula. Quæ cum ita sint,  
non video quod nā supersit istis  
effugium, nisi si hoc dicent: fuisse  
quidem Romæ uera de Christo  
uaticinia Sibyllæ, sed ea interci-  
disse; hæc autem, quæ modò pro-  
dierūt, esse supposititia. Vtrum  
tandem facilius fuit: fingere quæ  
non extarēt: an inuenire quæ ex-  
tarēt: Aut si hæc subdititia sunt,  
cur non idem de sacris omnibus  
profanisq; literis dicitur: an est  
enim in illis omnibus quicquam  
magis sui autoris proprium, q;  
hic omnia Sibyllæ congruunt?

At

## N V N C V P A T O R I A.

At serius prodierūt Sibyllæ. Cre-  
do : & quidem quotidie ueteres  
publicant libri, quos non ideo  
fictos dicimus, quod diutius la-  
tuerunt. Adeo ne uero facile est,  
tale quid ita fingere, ut nusquā  
appareat fucus. Age, intercede-  
runt multi tum Græcorū, tum  
Latinorū autorum libri. Fingāt  
omnes docti aliquem illorum, si  
possunt, & autores mentiantur  
antiquos. Scribāt Menandri co-  
mœdias, aut Ciceronis de Re-  
publica libros, aut aliquid tale,  
quod pro uetere emittant. Dicā  
amplius: Cōuertit in latinum ser-  
monem Cicero duas orationes  
græcas, Aeschinis & Demosthe-  
nis, quæ uersio interiit, græcis  
adhuc extantibus. Conuertant  
eas iterū, si possunt, ita, ut ipsius  
Cice-

## EPISTOLA

Ciceronis interpretatio esse uideat. Quod si nō modo hoc, sed nec locos in Ciceronis operibus deprauatos pbabiliter emendare, aut supplere possunt, cū tamē tot homines docti tamdiu in eā rem summīs studijs elaborēt: qd fieri posse censemus in oraculis Sibyllēs in quib. etiā intelligēdis multū sudandū nobis est: quo- rū ea maiestas orationis, atq; or- natus est, ut etiā si res in prom- ptu foret, tamen uix, aut ne uix quidem inueniri posset, qui ora- tionem tam feliciter compone- ret: rursum tanta rerū diuersi- tas, copia, in nonnullis etiā ob- scuritas est, ut si nullus eloquēdi labor sit, nemo tamen tam multa discere, & ea sic effari possit, ut non appareat facile mēdaciūm.

Opor-

## N V N C V P A T O R I A.

Oportet enim eum qui hoc præstaturus sit, omnia didicisse, omnesq; autores, qui de Sibyllis aliquid dixerunt, diligenter euoluisse, ut probabiliter metiri possit: adeò ut non paulo facilius esse ducā uaticinari, q; talia fingere uaticinia. Præterea cur hic tam multi sunt depravati loci? tam multi ex quib. nulla potest elici sententia: tam multi mutilati, perturbati, cōfusi: quæ omnia sunt corrupti uetusitate libri argumenta. Cur etiam quæ à Lactantio & Theophilo citant, alicubi aliter hic q; apud illos leguntur: Cur qui finxit, nō illinc sumpsit, quæ inde peti poterant: An hoc fecit, ut nobis suum probaret mendacium: Potest' ne mendacium probabilius esse, quam uerum:

## EPISTOLA

uerū: O magna uis ueritatis. Potest ne aliquid esse in ueris oraculis, quod non sit in his? Quod si est, aut hæc uera esse fateamur, aut omnia que usquam sunt, scripta, in dubiū uocemus. Quādo autem post Lactantiū fingi potuerunt: nam ante Lactantium ficta nemo dicet, cum ea ille Romæ legerit, ubi admitti ficta nunquam potuissent. Ficta sunt credo, per illa tam barbara secula, quibus græcæ linguæ elementa nouisse pro miraculo habebantur: cum ea, si fingi potuissent, nō nisi à doctissimo potuissent. Quid igitur? An ficta sunt paucæ supra nostrā ætatem: cum literæ in Italia à Valla, Sipontino, Politiano, Pico, Gaza, & cæteris ex citatæ sunt: Cur non statim edebantur?

## N V N C V P A T O R I A.

bantur: cur nunc demum pro-  
dierunt? Quid si planum facio  
testibus fide dignis, uetus ta esse  
hæc: an dicent testes esse falsos?  
Sed refellant eos, si possunt: ego  
tamen citabo. Volo enim ut in-  
telligant homines, unde nam  
hæc oracula prodierint, & ubi  
manu scripta extent. Nā & ipse  
principiò hoc scire cupij, et in  
nō paucos incidi, qui eadem in-  
terrogarent. Igitur cum super  
hac re scripsisse ad Xystum Be-  
tuleium, qui apud Augustam  
Vindelicorum bonas literas do-  
cet, cuiusq; opera peruenit Si-  
byllæ græcū exemplar ad Ioan-  
nem Oporinum, à quo impres-  
sum est, rescripsit ille mihi in hæc  
uerba. Quæris ubi nactus sim e-  
xemplum, nactus sum in bibliو  
theca

## EPISTOLA

theca nostra, inter libros nuper  
à magistratu nostro Venetijs à  
græco quodam emptos. Arche  
typus (unde sedulò transcribi cu  
raui) recens est: eleganter qui  
dem, & splendidè, sed (ut uides)  
parum orthographicè scriptus.  
nā contuli religiose: nolui tamen  
quicquā in his temerè agere. Sed  
malui uel mendosum in lucē ede  
re, & medicis submittere mani  
bus, quām cōmittere ut diutius  
lateat. Hec ille. Præterea est Fer  
rariæ in Italia M. Antonius An  
timachus, uir raræ doctrinæ, qui  
uetus habet exemplar, quod cū  
hoc, quod ab Oporino excusum  
est, contulit, & emendationem  
(nam multos locos ex collatione  
correxit) Oporino misit: qua e  
go in transferendo usus sum.

Habet

## NVNC V PATORIA.

Habet & aliud exemplar (sicuti  
nos ex amico quodā fidelissimo  
intelleximus) quidam nomine  
Ranconetus in Gallia: qui tibi,  
Maure Musæe, notus est: qui  
uellem imitaretur Antimachū,  
impressumq; exemplar cū suo  
conferret, & Oporino mitteret  
emendationē. Atq; hos ego te-  
stes fide dignos, ex tribus diuer-  
sis terrarū regionib. produco,  
eosq; (ut spero) adhuc uiuentes:  
quos, si mentirer, mei menda-  
cij testes adhibere neq; possem,  
neq; uellē. Et fortasse noluerint  
se nominari. Sed quemadmodū  
si litigarem, eis testimonium de-  
nunciarem, quib. nota res esset:  
ita hic eorū uti testimonio non  
dubitaui, presertim in re non pa-  
rum ad exemplum pertinente.

b Iam

## EPISTOLA

Iam uerò qui negant opus esse  
Sibyllinis, quoniam extēt hebra-  
ica, ineptè faciunt. Quid enim  
tam absurdū est, quām in philo-  
sophia, in grammaticis, in arte di-  
cendi, in poetica, nulla posse li-  
brorū multitudine satiari: in ua-  
ticinījs de Seruatore nostro tam  
cito naufragare. Ego uerò & Bala-  
ami, & Sibyllarum, & Iosephi de  
Christo testimonij non medio  
criter delector, putoq; his non  
solum Christianos confirmari,  
sed etiam externos allici posse,  
atq; conuinci, tanquam produ-  
ctis ex ipsorum intimo penetra-  
li testibus. Hæc igitur oracu-  
la Sibyllæ (que sicuti satis osten-  
dimus, & sicut omnes æqui iudi-  
ces facile cōfitebunt, uera sunt)  
à nobis in latinū sermonem con-  
uerfa,

NUNCUPATORIA.

uersa, tibi, optime Maure, dedicare uisum est, cum ob tuam singularem erga omnes pios & literatos, & erga me beneuolentiam, & liberalitatem: tum quia hoc studiorū genus non solum foues, sed tractas & ipse non infeliciter. Secutus sum autē eam in uertendo rationem, ut sententiæ nihil nec adderem, nec de traherē: adeò ut si oratione soluta uertissim, magis sententiam exprimere uix potuerim. Meminerā enim, si uerbis ludendū est, alibi ludere fas esse: in hoc quidem scripti genere, ut sacro, religiose incedendum esse. Itaque maiori alicubi durior esse, quam uerbis longius efferrī. Sed scito in hoc libro (sicut in tam ueteri, totcū seculis abdito fuit acci-

## EPISTOLA

dere necesse) multos esse locos  
corruptos, multos mutilos, mul-  
tos confusos & perturbatos, a-  
deò ut in uertèdo plerunq; non  
haberem quod sequerer, uide-  
rerq; mihi uerè Sibyllæ folia tra-  
ctare. Igitur quos potui locos e-  
mendaui: fuerunt autē non pau-  
ci, qui cum iterum græcè eden-  
tur, Deo uolente, ostendentur.  
Quos autem corriger non po-  
tui, hos si quo constabant uerbo-  
rum ordine grammatico, penè  
ad uerbum uerti, ideoq; durius,  
ut libera sit in latino quoq; con-  
iectura. Cōfusa et obscura, sicut  
erant, reliqui. In quib. autē necq;  
uerba necq; sententiæ cōstabant,  
ea aut oratione soluta reddidi  
ad uerbum: aut etiam græca re-  
liqui, donec emendatius inuenia-  
tur


## NVNCVPATORIA.

tur exemplar: quemadmodum  
qui in nocte ambulant, suspen-  
dunt gressum, donec uiam exor-  
ta luce uideant. Ergo inter legen-  
dū cum ea occurrent, quæ non  
intelligentur; aut cum ea legen-  
tur, in quibus tibi à gallo ad as-  
num (ut habet gallicum prouer-  
bium) salire uidearis, noli in me  
culpam reiçere, qui interpres  
cum sim, ea reddo quæ scripta  
sunt, & quæ possunt intelligi: sed  
in uetus statem, quæ iuuante bar-  
barie, corrumpit omnia. Ve-  
rūm fingito, ea sola quæ incorru-  
pta sunt (quæ sanè & plurima  
sunt, & optima) hic inesse: & his  
ea compensato, quæ sunt uitiata:  
ita fiet, ut nihil habeas nisi inte-  
grum. Cæterum de genere Si-  
byllæ (nam & hoc fortassis expe-

b 3 ctes)

## EPISTOLA.

ctes) cognosces ipse in ea legenda, & nos in Annotationibus nonnihil dicemus. Scripsimus enim Annotationes, quib, non nullos locos aperiremus: quæ si videbūtur ieuniores, & pauciores, memineris nos neq; ea quæ facilia sunt, debuisse: neq; ea quæ non intelligimus, explicare potuisse. Interea boni consule hoc, & tuæ erga me beneficentia, & meæ erga te benevolentia monumentū: & hoc cœlestiū musarum studiū, ut ingenio & nomine tuo dignū est (Musæus enim uocaris ) fouere & defendere perseuera. Vale: Basileæ, mense Maio. Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto.



17  
que se pone en el suelo  
de la tierra en la parte de donde  
se quieren plantar los arbolitos que  
quieran plantarlos, para que  
queden los arbolitos bien apoyados  
en la tierra para que  
no se caigan. - 18 -  
y se plantan los arbolitos que  
se quieren plantar en la tierra  
que se ha preparado, para que  
queden bien apoyados en la tierra  
que se ha preparado, para que  
no se caigan. - 19 -  
y se plantan los arbolitos que  
se quieren plantar en la tierra  
que se ha preparado, para que  
queden bien apoyados en la tierra  
que se ha preparado, para que  
no se caigan. - 20 -

# SIBYLLINORVM

## ORACVLORVM

Liber primus.



Nus , qui solus regnat Deus, u-  
nus, & idem  
Non genitus : rerum summus,  
super omnia magnus,  
Qui cœlum, solem, stellas, lu-  
nam que creauit,  
Frugifer am terram, pontiq; fluentia tumentis:  
Qui solus Deus est, incomprehensusq; creator,  
Hic hominū formā et specie construxit, et ident.  
Viuentum generis naturam temperat omnem.

## EX LIBRO PRIMO.

**A**gredior primo generis mortalis ab  
æuo, (cuncta.  
Vsque ad supremum diuinè pandere  
Quæ fuerint mūdo, quæ sint, quæ deinde sequan  
Ob scelus humanū. Primū quæ nā sit origo (tur.  
Mundi, dicere me Deus imperat. Ergo scienter  
Ne mea mortalis temnas præcepta caueto.

\* Supremū regem, qui mundū condidit omnem, Mundi crea-  
Sic fatus, fiat: factumq; est. namq; locauit tio.

Tellurem circum nigra tartara, dulceq; lumen  
Edidit, & cœlum partes euexit in altas:

Et mare coeruleum explicuit: cœlumq; renidens

Astro-

Astrorum clara cinxit, densaque corona,  
 Et terram ornauit plantis: & flumina ponto  
 Indidit infundens: & miscuit aere uentos,  
 Et pluuias nubes. Aliud genus edidit inde,  
 Et commisit aquis pisces, uentisque uolucres,  
 Atque ferias syluis hirsutas, atque dracones  
 Serpentes: breuiter, quae nunc cernuntur ubique,  
 Hec fecit uerbo, & sunt protinus omnia facta,  
 Et plane: siquidem per se parit ipse sua uia,  
 Cœlum despiciens. perfecto denique mundo,

Homo. Rursum finxit opus spirabile. namque recentem  
 Expressit, propria ducēs ab imagine, pulchrum,  
 Præstantemque uirum, & uiridaria iussit amoena,  
 Incolere, ut studijs operam nauaret honestis.

Verum cum solus uiridantibus esset in hortis,  
 Colloquium optabat, proprioque uidere uolebat.  
 Consimiles uultus igitur Deus ipsius. eius  
 Ereptam lateri, formosam condidit Euam:  
 Vxoremque uiro propriam coniunxit, ut una  
 Degeret. hanc simulac uidit, propriaque notauit  
 Exemplar formæ, stupuit simul, atque recentem  
 Hausit leticiam: tum docte farier infit,  
 Verbis sponte sua manantibus, omnia quando

Desunt Ada-  
 mi uerba.

Curabat Deus:

Nam nego: tum mentem uultu simulante tegebatur,  
 Nec pudor ullus erat: sed prauamente carebant,  
 Luce palam uulgo coeuntes, more ferarum.

III

Illis deinde Deus tradens præcepta, cauendum  
 Arboris ostendit gustu: sed pessimus illos  
 Decepit uafre serpens, ut mortis abirent  
 In fatum, scirètq; bonumq; , malumq; quid eßet:  
 Sed mulier primò proditrix extitit illi,  
 Quæ dedit, ignaroq; rei peccare suæsit.  
 Ille quidem audita persuasus coniuge, patrem  
 Aeternum oblitus, spreuuit clarissima iussa.  
 Hoc ergo peperere sibi mala, non bona, facto.  
 Ac tum mellitæ ficus folijs contextis  
 Vester fecerunt, quibus obtexere pudenda  
 Impositis inter se, cogente pudore.  
 At pater æternus facto succensuit illo,  
 Deiecitq; loco immortali, quatinus æquum.  
 Degere mortali suit in regione, rebelles  
 Contra immortalis magni præcepta parentis.  
 Qui simul egressi terram tetigere parentem,  
 Et gemitu, et lachrymis perfundebatur. et inde  
 Immortalis eos Deus est affarier orsus:  
 Crescite multiplici numero, terraq; per artem  
 Exercete, cibos alimentaq; desudantes.  
 Sic ait, & fraudis serpentem qui fuit autor,  
 In latus & uentrem, terram calcare coegit,  
 Acriter exacutum: capitaleq; conciliavit  
 Inter eos odium. quare hic caput, ille tuetur  
 Calcē, quandoquidē mortis discrimin utrosq;  
 Vrget, mortalesq; , ueneniferosq; malignos.  
 Tum genus humanum, sicut mandauerat ipse

Serpens.

A z Omni.

Omnipotēs magno numero crescebat, et amplius  
 Rerum inuen Fiebat populus. tunc scitē tecta, domosq;  
 tores. Diuersas alij cōperunt ædificare.

Vrbes, & muros alij, queis longa dabantur  
 Tempora uiuendi: nec enim tum sollicitudo  
 Mortem conflabat: placidoq; simillima somno  
 Mors obrepebat. fœlices, magnanimiq;  
 Quos Deus æternus rex, & seruator amavit.

Sed tamen hos etiam peccandi amentia cepit.  
 Ridebant patres, & matres dedecorabant  
 Turpiter, & notos non norant, fratribus ipsis  
 Infidiabantur, peruersi, sanguine pleni  
 Humano, neq; non crudelia bella gerebant.  
 Exitium sed idem diuinitus abstulit illos  
 De cœlo taclos, aut dura morte peremptos,  
 Quos Orcus cæpit, qui Graijs nomine dictus

<sup>2</sup> Est ædus, quod eō primus descenderit Adam,  
 Vita defunctus quando est tellure repositus.  
 Hinc homines quotquot fuerint telluris alumni,  
 Infernas Orci sedes dicuntur adire.

Et tamen hi (quamvis omnes accepérunt Orcus)  
 Ad primos primi generis referuntur honores.

His terra tectis, hominū genus inde secundum  
 Extitit ex reliquis, cui non certauerit ullum  
 Iustitia: fuit his, diuersis cura studere  
 Rebus, & egregijs studijs, pulchroq; pudori,  
 Et disciplinis uarijs, artesq; colebant  
 Omne genus, mentis quas extundebat acumen.

Hic

Hic terram docuit colere: ille fabrilia primus  
 Inuenit: quidam torrentia flumina tranat.  
 Sidera suspectant alij, uolucrumq; feruntur  
 Augurijs: alij medicam, magicam ue sequuntur.  
 Quisq; suo indulgent studio, curæq; uocati  
 Ritè repertores uigiles, hoc nomen adepti,  
 Mantis inexhaustæ quòd erat, et mole stupenda  
 Membrorum, facie proceraq; horribiliq;.  
 Hi quoq; tartareaas ædes subiere tremendas,  
 In fractis uincis seruati, suppliciumq;  
 Ignis inextincti iussi perferre geennæ. (est,

Tertia stirps hominū post illos deinde secuta Tertia ætas,  
 Sæuior, & fastu nimium tumefacta superbo:  
 Qui mala multa sibi per se conciliantes,  
 Cædibus assiduis, acie pugnaq; peribant  
 Indomitæ animis. Quorū de sanguine nata est  
 Posterior soboles temeraria, cæde cruenta: (to

Hoc quartū genus est hominū, q; sanguine mul Quarta ætas.  
 Immaduere, Dei q; hominumq; timore sepulto.  
 Insanis etenim stimulis crudelè surebant  
 Sæuitiæ, diræ parentes impietati.  
 Atq; hos bella quidem, cædesq; & prælia dira  
 Demisere Erebo (dictu miserabile factum)  
 Infandos homines, quos tandem percitus ira  
 Celestis Deus, ipse suo detrusit ab orbe,  
 Clausos tartareis claustris, tellure sub ima.

Postremò longè peiorem condidit, atq; Quinta ætas.  
 Planè illaudatam stirpem Deus, atq; malorum

Artificem, multo illis intolerabiliorem:  
Scilicet horrendos, fantes infanda, gigantes.

Inter eos omnes unus iustissimus, atq;  
Verax Noe fuit, fidus q; et rebus honestis  
Addictus. cœlo cui sic Deus insit ab alto:

*Deus ad Noe.* Collige Noe tuas uires, populosq; moneto  
Omnes, ut mores mutent, seruentur ut omnes.

Quod si non current (ut mens est leua malorum)  
Omne genus perdam, illuuiē molitus aquarum.

Tu properē fabricare domum, durabile cuius

Non bibat humorē lignū. dabo mentis acumen,  
Artem, mensuram, spacium. mihi cura salutis

Summa tua fuerit: fuerit mihi cura tuorum.

Porro ego sum, qui sum: (memori q; mēte teneto)  
Cælum, uestitum præbet mihi: pontus amictum:

Terra mihi fulcitq; pedes, et corpus amicit:  
Aer, astrorumq; chorus me circuit omnem.

*3* Sunt elemēta nouē mihi, sum tetrasyllabus aut  
(Percipe me) primæ tres syllabæ efficiūtur (tem

Ex binis omnes elementis: cætera restant

In reliquis: quorum sunt non uocalia quinq;  
Totius numeri bis sunt hecantontades octo,

Et ter tres decades, cum septem. Si scieris me,  
Non te, qua potior, sapientia dia latebit.

Sic ait. ast illum auditio tremor occupat ingens.  
Ac tum prudenti molitus singula mente,

Hortari populos, et uerbis talia fari:

Noe admittit. *Perfidiosi homines, quæ uos dementia cepit?*

*Quæ*

ORACVL A.

Quae facitis Deus haud ignorat. namq; salutis  
Autor inextinctus uidet omnia, & omnia nouit:  
Qui mihi iussit, uti uobis hæc dicta referrem,  
Exitio ne sit demens socordia uobis.  
Discite iusticiam, uitijs absistite, ne ue  
Inter uos animis odia exercete cruentis,  
Humano late tingentes sanguine terram.  
Immensum, invictum numen, rerumq; parentem,  
Cui domus excelso cœlo manet alta, timete,  
Mortales, & eum cuncti placate (benignus  
Audiet) ut ciues, ut totū deniq; mundum (dus.  
Quadrupedūq; genus seruet, uolucrumq; secun  
Tempus erit, quando totus delebitur undis  
Orbis, & humanū genus (heu horrete minantē)  
Et subito uobis totus turbabitur aer,  
De cœloq; Dei magni uos opprimet ira.  
Tempus erit certe, cum magni numinis ira  
Sæuiet in terras, nisi uos placabis illam,  
Et uitæ mores iam nunc mutabitis actæ,  
Ut nulla cuiquam deinceps iniuria fiat,  
Sancta sed, & cunctis innoxia uita colatur.  
Sic ait ast illi uulgo ridere monentem,  
Dicereq; insanum, dementatumq; furore.  
Tunc iterum tales effatur Noe loquelas:  
O miseri, mentis prauæ, mutabile uulgas,  
Quos iuuat extincio uitam sedare pudore,  
Raptores, uiolenti, importuniq; tyranni.  
Mendaces, prauistudiosi, perfidiosi,

Detrectatores, mœchi, scelerata serentes,  
 Nil formidantes supremi numinis iram,  
 Quæ uos ad quinti pœnas iam destinat æui,  
 Non fletis passim, duri? ridetis, inepti?  
 Sardonium risum ridebitis, horrida quando,  
 Quam dico, torrensq; Dei uos opprimet unda,  
 Tum cum per terras sacrū genus unda nouabit,  
 Stirps æterna, locis nunquam sitientibus orta,  
 Funditus & prorsum noctu delebitur una.  
 Cumq; uiris urbes terræ Neptunus ab antris  
 Diruet exagitans, concussaq; mœnia rumpet.  
 Et tunc immensus mundus, cunctiq; peribunt  
 Mortales, at ego quantum plorabo, gemamq;  
 Inclusus ligno? lachrymas miscebo quot undis?  
 Hæc etenim mandante Deo si uenerit unda,  
 Nabit humus, nabunt montes, innabit et æther,  
 Omnia ponius erit, corrūpet & omnia pontus.  
 Verum sistentur uenti, uenietq; secunda  
 Aetas. O' Phrygia, à summis tu uertice prima  
 Emerges undis: hominum tu primarenascens  
 Educes genus, & censebere maxima nutrix.

Sed postquam frustra sceleratos cōmonefecit,  
 Summus ei apparens iteratò talibus infit:

Deus ad  
 Noe.  
 Tandem tempus adest, quo fiant omnia, Noe,  
 Quæ tibi promitt̄s aliquando futura monebam.  
 Omnia sunt (homines unquā quascunq; rebelles  
 Ausi sunt fraudes) una plecienda ruina.  
 Sed tu cum natis, & coniuge, protinus intra,  
 Et

Et nuribus, necnon quæcunq; coire iubebo  
 Serpentū genera, & pecudū, uolucrūq; uocato.  
 His ego deinde, quibus uitam concessero cunq;,  
 In iūciam mentem, ne quid cunctentur adesse.  
 Sic ait ille autem clamorem sustulit altum,  
 Intravitq; debinc coniux, natiq; nurusq;,  
 Ligneā tecta domus subierunt: cætera deinde  
 Adsunt omnia, quæ Deus asseruare uolebat.

Ast ubi conueniens firmauit opercula clavis,  
 Missa per obliquum, quæ sedes apta dabatur:

Tum Deus ut uoluit coelestis nubila cogit, Diluvium.  
 Ignitumq; globum solis caligine condit,

Nec non cum stellis lunam, cœliq; coronam,  
 Omnibus obductis, mortalia pectora terret,

Horrendū increpitās, ardētia fulmina mittēs.

Omnibus excitis uentis, soluuntur aquarum

Venæ omnes, magni patefiunt commata cœli,

Et terræ latebræ, indefessiq; fluenta

Oceani resiunt, & uasto gurgite tellus

Quāta patet tegitur, penitus superantib. undis.

At domus interea nymbis diuina natabat,

Fluctibus et uentis circumsona, terribilesq;

Costis excipiens ictus: multasq; carina

Mota secabat, aquæ rauco cū murmure, spumas.

Sed postquam pluuijs totū Deus eluit orbem,

Tunc animo cupiens (nā sic Deus ipse uolebat)

Cernere Noe foras, emersit ab æquore Nerei,

Continuoq; domus tectum, quod ligneus apta

A 5 Arctabat

Arctabat paries iunctum compage, recludit.  
Tunc oculos cœli partes conuersus in omnes.  
Cuncta sub æquoribus longè lateq; teneri  
Ut uidet, ut magno pulsatur corda timore.  
Tunc aer paulum diductus (namq; diebus  
Lassus erat multis, totum dum proliuit orbem)  
Flammiferum cœli fusum pallore cruento  
Ostendit, fessumq; orbem. tum Noe timore  
Vix posito, soli permisit abire columbae,  
Sciret ut an tellus usquam detecta pateret.  
Illa leui postquam lustrauit cuncta uolatu,  
Alas fessa redit: nec enim defluxerat altum  
Aequor adhuc, quando repleuerat omnia latē.  
Ille dies aliquot mansit, rursumq; columbam  
Eiicit, ut discat num uastum cesserit æquor.  
Illa leues pennas alternat, noctaq; terram  
Humentem, corpus paulum defessa quieuit:  
Post ad Noe redit, ramum frondentis oliuae  
Ore ferens, terra certissima signa repertæ.  
Hic cuncti pulso multū gaudere timore,  
Terram sperantes uisuros. ille deinde  
Continuò laxat uolucrem nigrantibus alis:  
Illa leues auras pennis vibrata secabat,  
Et terra inuenta, reditus secura, remansit.  
Tūc existere humū cognouit Noe propinquam.  
Hinc ubi diuinè trabs huc, illucq; natauit,  
Murmure cum rauco ponti iactata fluentis,  
Appulit exiguae terræ, tandemq; quieuit.

Affurgit,

Assurgit Phrygiæ mons quidam in finib. atræ,  
 Arduus, alta petens, Ararat quem nomine di-  
 Quod fatale fuit illic euadere cunctis, (cunt  
 Optataq; frui tandem, charaq; salute;  
 Fluminis unde alti Marsyæ manat origo.

Huius in excenso postquam cessantibus undis  
 Constitit arca iugo, tunc illi rursus ab alto  
 Ingens immensi uox est audita Tonantis:

Noe fidelis, amans æqui, seruare periclis,  
 Egredere audenter, necnon cum coniuge nati,  
 Cumq; tribus nuribus, terrāq; replete parentem,  
 Multiplici numero crescentes, iustitiamq;  
 Tradentes natis natorum, donec in omnes  
 Iudicium detur mortales: namq; subibunt  
 Iudicium cuncti, sic uox diuina locuta est,  
 Ille suo nihil addubitans exire cubili,  
 Ingreditur terram: necnon natiq; nurusq;;  
 Et coniux: necnon serpentes, atq; uolucres,  
 Quadrupedū, pecudūq; genus, tū cætera cūcta.

Noe igitur cunctos homines iustissimus inter, 3  
 Exiit octauus, uicenos cum bis, & unum  
 Complexisset soles (Deus ipse uolebat) in undis.  
 Hinc noua progenies, hinc ætas aurea prima  
 Exorta est hominum, que uenit in ordine sexta,  
 Optima post homines natos, & nomine fertur  
 Cœlestis, quod eam curæ Deus unus habebit.  
 O æui sexti primum genus, o bona secla,  
 Quæ sortita fu, postquam discrimina mortis

Deus ad  
Noam.

Effugi,

**4** Effugi, iactata meo cum coniuge, et una  
Leuiri, et ipsorum uxores, socrusq; sacerq;.

Nunc autem uirium florem laudabo futurum,  
In sacra fiducia \*

diuidet autem

Imperium regni tempus \*

Sceptra ferum accipiet. nam tres iustissimareges

Pectora magnanimi, diuisis partibus aequis

Tempore longinquo regnabunt, iuraq; tradent

Illi, queis studio labor est, laudandaq; facta.

Terraq; sponte sua laeto seret ubere fruges,

Spicarumq; suos redditu saturabit alumnos.

Non illi spacio canesceret temporis ullo :

Sed tristi semper morborum peste carentes,

Oppressi sonno decedent, inq; profunda

Deuerient Acherontis, ubi nec honore carebūt:

Quippe beatorum felix genus, optima quorum

**5** Mens fuerit dono Sabaoth, qui semper in omni

Illi consilio dederit facienda secundus.

Atq; hi fœlices, etiam cum cœperit illos

Orcus, erūt. Hominū surget genus inde secundū,

Ingens, horrendum, Titanum terrigenarum:

**Titanes.** Quaeis eadem facies, eadem natura, modusq;

Corporis, et species, et vox erit omnibus una,

Pectora qua primo Deus inspirauit ab ortu.

Hi uero (tantum præcordia uana tumebunt)

Constituent tandem, properantes perdere se,

illato

Illato bello stellatum inuadere cœlum.

Tunc in eos undans insano gurgite magnus  
Effluet Oceanus. Sabaoth sed maximus illum  
Reprimet indignans: nec enim disperderer rursus  
Peruersos homines immisis sustinet undis.  
Sed postquam tumidos fluctus, rabiemq; citatam  
Vndarum buc illuc pressa disiecerit ira,  
Cumq; suis pontum conclusum finibus, intra  
Littoraq; & portus compresserit, oppositaq;  
Finierit terra magni uis Altitonantis:

Tunc ad mortales ueniet, mortalibus ipsis  
In terris similis, natus patris omnipotentis,  
Corpore uestitus. Vocales quatuor autem  
Fert, non uocalesq; duas, binum geniorum.  
Sed quæ sit numeri totius summa docebo.

Namq; octo monadas, totidē decadas super ista,  
Atq; hecatontadas, octo infidis significabit  
Humanis nomen: tu uero mente teneto  
Aeterni natum Christum, summiq; parentis.  
Ille Dei legem complebit, non uiolabit,  
Persimilem formam referens, et cuncta doccbit.  
Illi libabunt aurum, myrrhamq; ferentes,  
Thusq; sacerdotes: hæc omnia namq; patrabit.

Verum cum quædam uox per deserta locorum Ioannes Ba-  
Nuncia mortales ueniet quæ clamet ad omnes, ptista.  
Ut rectos faciant calles, animosq; repurgent  
A uitijs, & aqua lustrentur corpora cuncta,  
Ut nunquam deinceps peccent in iura, renati:

Barbarus

De Christo.

6

Herodes.

Barbarus & tandem saltatibus illaqueatus,  
 Mercedi uocem hanc cæsam concedet inique.  
 Tunc erit indicium subito mortalibus ægris,  
 Cum lapis Aegypti felix seruatus ab oris      (ius  
 Venerit: huic populus impinget Hebræus, & hu  
 Ductu conuenient gentes, per eumq; supremum  
 Cognoscent numenq; uiamq; in lumine reclam.  
 Aeternam uitam mortales namq; docebit  
 Electos, ignemq; malis feret omne per æuum.  
 Ille quidem morbis pressos sanabit, & omnes  
 Læjos, quotquot ei fident. cæciq; uidebunt:  
 Incedent claudi: surdis audire licebit:  
 Insolitas mutis dabitur formare loquelas.  
 Expellet furias: oppressi morte resurgent:  
 Placabit fluctus: in desertisq; locorum,  
 Large panibus ex quinis, & pisce marino,  
 Millia quinq; uirum satiabit, reliquiæq;  
 Bis senos cophinos implebunt uirginis almæ.  
 Et tunc Israel ebrius, non mente uidebit,  
 Non oculis cernet, non auribus audiet ipsis.  
 Hæbræos sedenim summi lymphata Tonantis  
 Cum petet ira, fide sublata prorsus eorum,  
 Propter coelestem, diuino semine cretum,  
 Offensum per eos puerum: tunc impius illi  
 Impinget colaphos, uitiosaq; sputa scelestis  
 Israel labijs: neq; non et fellis amari  
 Apponent escam, potumq; immitis aceti,  
 Pectora uesanis stimulis & corda subacti,

Nil

Nil oculis ipsis cernentes, ex mage cæci

Talpis, angue magis metuendi, pestifer æq;

Astidis oppressi duro q; grauiq; ueterno.

Sed manib. paſſis cū mensus cuncta, coronam

De ſpinis tulerit, nec non latus eius arundo

Fixerit acta manu, cuius cauſa tribus horis

Nox tenebroſa die medio, monſtrosa q; fiet:

Tūc hominū generi magnū Solomonia ſignum

Templa dabunt, Ditis cū tecla profounda ſubibit,

Nūciet in uitam reditum quō morte peremptis.

Sed poſtquam triduo lucem repetuerit, atq;

Monſtrarit ſomnum mortalibus, atq; docendo

Cuncta illuſtrarit, cœleſtia tecta ſubibit

Nubibus inuectus, cum laetum liquerit orbi

Pactum Euangelij, cuius de nomine ſurget

Flore nouo germe de gentibus, idq; regendum

Magni lege: Soli ductores deinde futuri.

Deinde genus uatum iam tandem definet eſſe.

Inde male meſſem facient æſtatis Hebræi,

Atq; auri multum Romanis diripiet rex,

Argentiq; dehinc exiſtent altera regna

Aſſidue, regnis pereuntibus uſq; prementq;

Mortales. ſed erit tunc magna ruina uirorum

Illorum, quando ſaſtum ingredientur iniquum.

Cum dederint autem Solomonia templaruinam,

A loricateſ (quorum uox barbara lingue)

Diruta, cum patria terra pellentur Hebræi

Errantes, misere uexati, ſarragq; multo

Misce

Miscebunt lolio: tunc tristes seditiones  
 Versabunt homines omnes, urbesq; malorunt  
 Congeries coget sese deflere uiciſſim,  
 Propterea facinus quod commisere nefandum:  
 Tanta in eas magni deseuiet ira Tonantis.

## LIBER SECUNDVS.

De Græcis, & de Deo, & de fano  
 dis, & de iudicio.



Ostquam perdoctum carmē, me  
 multa precante,  
 Compreſſit numē, mihi sub præ  
 cordia rurſum  
 Diuini cantus uocem subiecit a-  
 moenam. ipsa  
 Corpore tota stupens trahor huc, ignara quid  
 Eloquar: ipſe ſed haec mandat Deus omnia fari.  
 Sed cum terrarum motus, & fulmina dira, (rum  
 Fulguraq; & tonitrus fuerint, & squalor agro  
 Et cædes hominum, rabies & ſæua luporū (tum  
 Atq; hominū atq; boū interitus, et quadrupedan  
 Et iumentorum, mulorumq;, atq; caprarū,  
 Atq; ouium, fiet tum plurima terra relicta,  
 Et frugum incultis reditus ceſſabit in aruis:  
 Erumpetq; hominum uitiosa licentia paſſim,  
 Fanaq; diripient. hominum tum deniq; ſeclum  
 Existet decimum: quando qui ſidera fecit,

Con-

Concussor terræ, statuarum franget amorem,  
 Et Romæ populum, quæ septem continet arces,  
 Concutiet: diues deleta peribit opum uis,  
 Vulcano crebris miscente incendia flammis.  
 Et tunc de cœlo demissæ sanguinolentæ. \*
 At genus humanum longe lateq; per orbem  
 Cædibus alternis insaniet: inq; tumultu  
 Pestes, atq; famæ Deus, & sua fulmina mittet  
 Illis, qui uiuent expertes legis & æqui:  
 Existetq; hominum toto defectus in orbe,  
 Si quis ut in terris hominis uestigia cernat,  
 Miretur, rursum magnus Deus incola cœli,  
 Reliquias hominum penitus seruabit ubiq;  
 Tunc pax, & ueri prudentia summa uigebit,  
 Terraq; frugiferens fruges feret uberiores,  
 Ne diuisa quidem, neq; seruitura deinceps.  
 Omnis liber erit portus mortalibus, omnis  
 Et statio, sicut fuit ante: scelusq; peribit.

Tunc autem signum dabitur diuinitus ingens:  
 Namq; reucebit clarissima stella, coronæ  
 Assimilis claræ, cœlo uisenda sereno,  
 Lucibus haud paucis: humanis nempe coronam  
 De cœlo ostendet, qui præmia querere certant.  
 Nam tunc incipiet magnum procedere seclum  
 Vrbi cœlesti, dispensatorq; uacabit  
 Omnibus humanis, æui immortalis honores  
 Qui teneat, cunctus tunc immortalia propter  
 Præmia contendet populus, uictoria quando

Accendet præclara animos. nam rite licebit  
 Cuilibet argenti claram petere inde coronam.  
 Castus enim Christus ponet certamina iusta,  
 Ornabitq; probos, æternaq; præmia reddet  
 Testibus, ad mortis certamen euntibus usq;.  
 Virgineis uero, qui pulchrè currere pergent,  
 Aeternum munus dabit, et seruantibus æqui  
 Omnibus humanis, generiq; alienigenarum,  
 Et sancte uiuendo decum noscentibus unum.  
 Tum qui coniugio gaudentes, surta cauebunt  
 Concubitus uetiti, dabit his quoq; munera largi;  
 Immortalem spem. nam donum numinis omnes  
 Sunt humanæ anime: quis ullis flagitiorum  
 Mortales maculis prorsum fœdare nefas est.  
 Hoc certamē, hic est labor, hæc sunt præmia pte;  
 Hæc uitæ porta est: hic est ingressus in æuū(gnæ:  
 Aeternum. Deus hæc cœlestis iustitiae  
 Humanæ statuit uictoris præmia: quiq;  
 Contigerint palmā, per eā ingredientur honeste;

Sed postquam toto signū hoc extarit in orbe,  
 A teneris pueri uestiti tempora canis,  
 Arctabunt homines, mutato cardine rerum,  
 Pestes, bella, fames, lachrymæq; et luctus, abude.  
 Heu quorum nati χόρpx ̄vī θοινήσονται,  
 Plangentes misere γενέας ̄vī φάγεσι σάρκας  
 Cum membris terræ mandabunt omniparenti  
 Puluere sanguineo fœdat: ò pessima secla,  
 Onimium praui, quos ultima proferet ætas.

Demen-

Dementes, qui quid muliebria semina uincat  
Non norint.

*καὶ τὸν πατεῖν ἐφη τὸ θέρος μερόπων ἀνθρώπων,  
καὶ δὲ συναίρεσιν ἐγγὺς*

Cum quidam pro uatibus insinuati

Fallaces aderunt in terris uaticinantes,

Et Belial ueniet, facietq; insignia multa

Inter mortales, tunc sancti funditus, atq;

Electi, fidiq; euersi diripientur:

Ne non Hebræi, quos sæuior impetet ira,

Tum cum bis senis tribubus conflatus eoo

Adueniet populus, populūq; requiret Hebræum

Cognatæ stirpis, quem perdidit Assyriorum

Impetus. Interea gentes perdentur ab illis.

Postremò rursum uehementibus imperitabunt

Hebreis fidis electis, sub iuga missis,

Vt prius: imperium quoniā nō definet unquam,

Omnia qui cernit, supremus, & incola cœli,

Palpebras hominum somno concludet opertas.

Felices famuli, Dominus quoscunq; reuersus

Inueniet uigiles, tangit uigilantia cunctos,

Semper ut expectet, nec somno lumina claudat.

Nam ueniet mane, aut sero, medio ue diei.

Adueniet certe, neq; me sententia fallet.

Dum dormitur, erit cœli ut stellantis ab oris

Cuncta die medio cernantur sidera cunctis,

Vnà cum binis facibus, properantibus annis.

Tunc quoq; cœlesti curru deuictus inibit

De Antichr.  
sto.

Elias.

Terras de cœlo Thesbites, signaque trina  
 Ostendet toti mundo uitæ pereuntis.  
 Veh quas illa dies deprendet uentris onustas  
 Pondere: que ue suo lactabunt ubere natos.  
 Aut qui propter aquas habitabunt. ueh quib. illam  
 Coniigerit uidisse diem. nam totus ab ortu  
 Solis ad occasus, austroque, aquiloneque mundus  
 Tetræ inuoluetur noctis caligine cæca.  
 Tunc ardens fluuius cœlo manabit ab alto  
 Igneus, atque locum consumet funditus omnem,  
 Terramque, oceanumque ingentem, et cœrula ponti.  
 Stagna, lacus, fluuios, fontes, Ditemque seuerum,  
 Cœlestemque polum, cœli quoque lumina in unum  
 Fluxa fluent, forma deleta prorsus eorum.  
 Astra cadent etenim de cœlo cuncta reuulsa,  
 Humanæque, animæ frendebunt dentibus omnes.  
 Fluminis ardentes, ignisque, et sulphuris æstu,  
 Inferuente solo cinis obteget omnia quando.  
 Omnia tunc mundi uiduata elementa iacebunt,  
 Aer, terra, polus, mare, lux, noctesque, diesque.  
 Tum non iam uolucres sulcabunt aëra pennis,  
 Non uada squamigeri pisces per salsa natabunt,  
 Non ibit ponti per fluctus nauis onusta,  
 Non glebosa boues pandi telluris arabunt,  
 Non sonitum reddent percussæ flamine sylue:  
 Omnia sed puram molem conflabit in unam.  
 Tum uero æterni genij patris immortalis  
 Hnaper \* ēgoūiha, Vriel, Saniel, Azaelque,

Quæ

Que mala quisq; hominū patrauerit ante sc̄ientes,  
 Et tēris animas tenebris calignis omnes  
 Iudicio sistent, ad formidabile patris  
 Magni, immortalis solium nam solus & unus      De ultimo iu  
 Cōditor omnipotens rerū non interit unquam,      dicio.  
 Iuraq; dicturus mortalibus æqua sedebit.  
 Et tunc infernis animas, flatumq; sonumq;  
 Cœlestis tribuet, compactaq; conuenienter  
 Artibus ossa suis, carnes, neruosq; repostos,  
 Et uenias, pellemq; priorem, cæsariemq;  
 Sic coniuncta suis terrestria corpora rite  
 Membris, una dies reddet uitalibus auris.  
 Tunc ferratarum portarum Ditis auari  
 Claustra immania, duriq; infracti q; adamantis,  
 Ingens ingenti Vriel conuulsaruina  
 Perrumpet genius: perlugubresq; figuræ  
 Omnes iudicio sistent: simulachra uetus  
 Titanum in primis, monstrosorumq; gigantum:  
 Tū quas diluuium, tū quas maris unda profundo  
 Absumpsit: necnon quas serpentesq; seræq;  
 Faucibus hauserunt audis, uolucresq; uocabit  
 Ad solium cunctas: necnon quas igneus ardor  
 Absorpsit flammis, ad iudiciale tribunal  
 Coget adesse Dei, collectas undiq; in unum.  
 Tum uero Sabaoth Adonæus, fulminis autor,  
 Defunctos reddet uitæ, Parcasq; resoluet,  
 Cœlesti residens solio, magnamq; columnam  
 Figet. eò ueniet in nube æternus & ipse

Christus ad æternum, magno splendore, bonisq;  
 Cum genijs: solioq; sedebit dexter in alto,  
 Iudicet ut mores hominum, uitamq; proborum.  
 Et sceleratorum, ueniet quoq; magnus amicus  
 Supremi Moses, Abrahā quoq; magnus et ipse,  
 Isaac, atq; Iacob, Iasus, Daniel, Elias,  
 Ambacou, Ionas, & quos gens perdit Hebræa.

Tū residens iudex solio, omnes perdet Hebræa.  
 Qui post Eremiā fuerint, ut præmia digna (os.  
 Accipiant, & que mortali quisq; patrabit

*Matorū pœ-  
næ.* In uita, soluant. igitur per flumen agentur  
 Ignis inextincti cuncti: iustisq; salutem  
 Omnibus indeptis, scelerati tempus in omne  
 Perdentur, quotquot patrarint ante nefanda.  
 Qui cædes faciunt, aut quoru conscia mens est:  
 Mendaces, fures, uafri, pestesq; domorum,  
 Mandones, fidei frangentes connubiorum,  
 Detractores, petulantes, lege carentes,  
 Et simulachricolæ: necnon qui patre relicto  
 Magno, immortali, dixeru nefanda, piorum  
 Carnifices, fidei nullius, perniciesq;  
 Iustorum: neq; non qui commendante senecta,  
 Et grauitate, uafri fallunt, uultuq; bifronte  
 Turpiter imponunt alijs, lœduntq; nocenter.  
 Fallaces, fama freti, uerbisq; sed ipsis  
 Paridis atq; lupis multo magis exitiales.  
 Tum nimio tumidi fastu: tum fœnore fœnus  
 Qui cumulant, magnis pupilos affidentes

Et

Et uiduas damnis: uel qui quæsita scelestè  
 Dant uiduis, aut dant pupillis: qui ue labore  
 De proprio cum dēt, exprobrat: qui ue parētes  
 In senio linquunt, neq; præmia digna rependunt  
 Pro nutricatu. uel qui parere recusant,  
 Aspera uel contra dixerunt uerba parentes:  
 Vel qui depositum sese accepiſſe negarunt,  
 Quiq; suis faciunt dominis contraria serui:  
 Quiq; suum corpus conspurcavere salaces:  
 Vel qui uirgineam zonam soluere, latenter  
 Congressi: uel quæ fœtus in uentre necatos  
 Eſſiunt, & qui partum exposucre nefandi,  
 Quiq; ueneficijs uſi, seu foemina, seu uir:  
 Hos immortalis, incorrupti q; columnæ  
 Ira Dei affiget, quam circuit undiq; flumen  
 Igni perpetuo manans, & eos simul omnes  
 Aeterni patris genij nri: quam intereuntis,  
 Ignitis flagris, inflammatisq; catenis,  
 Insuper infractis uincis, arctisq; reuinctos,  
 Duris torquebunt penis. dein noctis in umbra,  
 Obijcent monſtris, sub tartara tetra geennæ,  
 Multis, horrendis, ubi nox æterna lacunat.  
 Hinc ubi iam multis cruciatibus excruciarint  
 Omnes, ut dignum tam praua mente: deinde  
 Succedet fluui magno rota flammæa circum.  
 Hinc ubi pertulerint tot iam mala, totq; dolores,  
 Diuersi flebunt, dictu miserabile, patres,  
 Infantes pueri, matres, lachrymosa q; matrum

Pignora sub māmis, nec erit modus ullus eorum.  
 Ploratus, neq; uox tristes distincta querelas  
 Diuersas referet: uerum sub nocte profunda,  
 Tartarea, nigra, laniante dolore, profundum  
 Clamorem tollent: atq; in regione profana  
 Ter tantum soluent, quantum fecere malorum.  
 Igni defecti multo: tum dentibus omnes  
 Stridentes, magna tabescunt uiq;, sitiq;,  
 Optandumq; mori dicent, fugietq; uocantes:  
 Non dū mortis enim requie, nō noctis habebunt.  
 Multa quidem frustra supreui numina patris  
 Orabunt: sed eos tunc auertetur aperte.

- 2 Secula nam septem dedit, usus iuirgine casta,  
 Ad resipiscendum, spaciū, mortalibus ægris.

Bonorum  
præmia.

Ast alios, qui ius æquum coluere, bonumq;,  
 Et quibus et pietas, et mens fuit optima cordi,  
 Sublatos genij rapidum per fluminis æstum  
 In lumen ducent, securaq; munera uitæ,  
 Immortalis ubi magni uia trita Tonantis,  
 Fontibus et trinis uinum, lac, mella scatēbunt:  
 Terraq; par cunctis, non ullis inuia muris,  
 Aut intersectis, fructus feret ubiores  
 Sponte sua: uictus communis, opesq; beatæ.  
 Nam neq; pauper ibi, neq; diues, nemo tyrannus:  
 Nec seruus, nec erit quisquam maior ue minor' ue,  
 Nō rex, non ductor: sed aget cōmuniter omnes.  
 Nec iam dicetur, uenit nox, aut ueniet cras,  
 Aut transiuit heri: nec erunt quos multa fatigat

Cura

Cura, dies: non uer, æstas, autumnus, hyems' ue:  
 Non nuptus, non mors, non emptio, uenditio' ue:  
 Non occasus erit, non ortus: namq; creabit  
 Ille diem longam. quin hoc quoq; conferet idem  
 Ille pijs Deus omnipotens æternus: ab ipsis  
 Oratus dabit ex ignis feroore perenni,  
 Et gemitu seruare homines: hoc conferet illis.  
 Namq; leget stabiles, æternoq; eximet igni,  
 Perq; suos aliam in uitam mandabit, eamq;  
 Aeternam nullo morituris tempore, campo  
 Scilicet Elysio, longis ubi fluctibus olli  
 Sunt Acherusiadis æternæ stagna profunda.

Eheu me miseram, quid me illo tempore fiet?  
 Quæ demens omnes peccatis exuperarim,  
 Nescia coniugij, laudandæ nescia mentis.  
 Quinetiam, locuples cum uir meus eßet, egenos  
 Aedibus exclusi, feci q; nefanda scienter.  
 Tu me Seruator tortoribus eripe diris,  
 Quamlibet infamem, confurcati q; pudoris.  
 Obsecro te porrò paulisper desine carmen,  
 Sancte, potens rerum, magni rex maxime regni.

## RVRSVS IN SECUNDAPARTE

hæc inquit. Ex secundo libro de Deo.

**A**ltitonans, fœlix, cœlestis, habesq; Cherubim  
 Firmatum precor ut me plane uera locutam  
 Paulisper recrees: animo nam fessa fatico.  
 Sed quid cor iterū quatitur mihi? mēsq; flagello

B 5 Ita,

Illa, foras uocem prorumpere cogituri omnes  
Ut moneamur ursus nimirum cuncta profabor,  
Quae Deus effari mortalibus imperat ægris.

O homines, quib. est diuina in imagine forma,  
Cur temere erratis, cur non per recta uiarum  
Vaditis, æterni memores patris omnibus horis?

*De Deo* Vnus & immensus Deus est, regnator & unus  
Aethereus, se se consistens totus in uno,  
Cuncta uidens solus, non aspectabilis ipse:

Quem non humani saxo manus ulla, uel auro,  
Aut ebore artificis fecit, retulit' ue figurans:  
Ipse sed ipsum se seculo monstrauit ab omni,

Quiq; est, quiq; fuit, qui porro deinde futurus.  
Cuius namq; Deum mortalis lumina possunt

Cernere? que' ue ferent uel uocē nominis aures.  
Cœlestis magniq; Dei, mundumq; regentis?

Omnia qui dicto fecit, cœlumq;, salumq;,  
Et rapidum solis cursum, lunamq;, tumentem,

Sidereo ignes, solidam magnamq; parentem,

*Adam.* Fontes & fluios, ignem, noctesq;, diesq;.

3 Nimirum Deus is finxit tetragramaton Adam,  
Qui primus factus fuit, & qui nomine compleat

Ortus, occasus, austrum, boreamq; rigentem.

Ipse hominum solidam formā speciemq; creauit.

Ipse feras fecit, reptiliaq;, atq; uolucres

Hunc uos non colitis, frustraq;, errore pudendo.

Angubus & feli reuerenter sacrificatis,

Et signis alijs hominum, saxisq; sacratis,

*Ante*

*Ante profanorum delubrorum ostia stantes.*

*Obseruate Deū, quiq; est, quiq; omnia seruat.*

*Qui dum saxorum specie gaudetis inani,*

*Non uenit in mentem iudex æternus, & idem*

*Seruator, cœlum qui tellurem q; creauit.*

*Heu stirps, effuso que gaudes sanguine, prava,*

*Impia, uafra, hominū mēdax genus, atq; bilingue*

*Insidians, dirum, moechū, simulachricolarum,*

*Quorum uesanus stimulus præcordia uexat,*

*Qui sibi prospiciunt rapiēdo, proh pudor, unis. In auarosc:*

*Nam nemo locuples, & habens, impertiet ulli:*

*Humanū sed erit prorsum genus omne scelestū.*

*Non erit ulla fides penitus, uiduæq; frequentes*

*Furtiuo, causa quæstus, utentur amore.*

*Sortitæq; uiros conuenta iugalia frangent.*

*Sed postquā Roma Aegyptū reget, imperioq;*

*Frenabit, summi tum summa potentia regni*

*Regis inextincti mortalibus exorietur.*

*De Christo.*

*Rex etenim sanctus ueniet, qui totius orbis*

*Omnia seclorum per tempora sceptra tenebit.*

*Tuncq; Latinorum non eluctabilis ira*

*Tres Roman tristi fatorum stamine perdent.*

*Atq; suis homines perdentur in ædibus omnes,*

*Tum cum de cœlo torrens fluet igneus. eheu*

*Me miseram, quando ueniet lux illa, diesq;*

*Iudicis æterni, magni regisq; Deiq;.*

*Nunc quid uos urbes ornatis, constructisq;*

*Templisq; stadijsq; foris, signisq; uel auro,*

*Si qua*

*In simulachri colas.*

Si qua uel argento fiunt, saxo' ue: futura  
 Cum sit acerba dies, ad quam ueniatis oportet.  
 Nam ueniet, cunctos homines cum nidor olentis  
 Sulphuris afflabit. Verum iam singula pandam,  
 Quæ mala sint homines passuri quasq; p urbes.

## LIBER TERTIVS.

Postea uerbis progrediens, de impostore  
 diemone Antichristo hoc maxi-  
 me modo loquitur.

<sup>2</sup>  
De Antichri-  
sto.



X Augustinis autem uoluentibus annis  
 Adueniet Belial, qui celsa cacumina montes,  
 Qui mare, qui magni lucentem lampada solis,  
 Qui claram lunam, qui fistet lumine cassos,  
 Multaque signa quidem faciet mortalibus, at non  
 Vera, sed error ibi suberit, fallebatque frequentes  
 Fidos, electos, Hebræos, iegae carentes,  
 Atque alios, nondum quibus est audita Dei mens.  
 Verum quando Dei prædicta minacia magni  
 Aduenient, terraque petet flammata potestas  
 Inflata, exuret Belier, hominesque superbos  
 Omnes, quotquot ei fuerint per foedera iuncti.  
 Tunc autem mundus manibus muliebribus omni  
 In rerum summa parebit, eisque regetur.  
 Cum uero uidua in totum regnauerit orbem,  
 Aurumque

Aurūq; , argentūq; hominū , queis uita caduca  
 Ferrūq; , æs q; , maris salsas iactarit in undas , Cest,  
 Omnia tunc mundo uiduata elementa iacebunt:  
 Cum Deus æthereus cœlum conuoluet ad instar  
 Libri , labetur uarius polus omnis ad imas  
 Terras , et pelagus rapidus fluet , igneus ingens  
 Torrens : uretur tellus , pontus q; , dies q; ,  
 Cœlestis q; polus : rerum natura creata  
 Conuerretur , et in molem purgabitur unam.  
 Non iam lœta globi iactabunt lumina : non nox ,  
 Nec matutinum : nec erunt , quos multa fatigat  
 Cura , dies : non uer , æstas , autumnus , hyems ue.  
 Iudicium q; Dei magni , magnumq; sub æuum ,  
 In medium ueniet cunctis his deniq; factis.

Deest initium.

O liquidas undas , ô totam deniq; terram ,  
 Quà sol exoriens , quà labens aspicit orbem ,  
 Omnia parebunt in mundum rursus eunti ,  
 Propterea primus quod uires nouerit eius.

Sed cum dicta ad rem fuerint collata , minatus

Quæ magnus Deus est olim mortalibus illis ,

Qui turrim Assyrijs in finibus ædificarunt ,

Babel.

Cum cunctis eadem uox esset , stelliferumq;

In cœlum uellent ascendere , continuoq;

Immortalis \*

Flatibus : at uenti magnam sublime ferentes

Turrim iecerunt , et litem conciliarunt

Inter

Inter eos, urbemq; ideo Babylon a uocarunt.  
 Sed postquam cecidit turris, linguæq; fuerunt  
 Vocibus inter se diuersis, terra deinceps  
 Tota replebatur diuisis regibus. inde  
 Extitit in terris decimum mortalibus æuum,  
 Postquam diluuijs homines periere priores.

De Saturno  
historia.

Porro *Saturnus*, & *Titan*, *Iapetus*q;,  
*Regnarunt*: Cœlo quos, & Tellure creatos  
*Dixerunt homines*, *Terræ Cœli*q; uocantes  
*Nomine*, quod cunctos homines uirtute præirent.  
*Tres terræ partes*, ut fors cuiusq; ferebat,  
*Quisq; suam regnabat habens*, certamine nullo.  
*Adiurarat enim pater*, & diuiserat æquas  
*Partes*. Sed postquam senio confectus obiuit  
*Mortem*, tum natis (*uiolata religione*,  
*Iureq; iurando*) *contentio nata*, quis omnes  
*Inter mortales regis dominetur honore*.  
*Pugnaruntq; inter se*, *Saturnus*, & ipse  
*Titan*. at *luno*, *Tellus*q; *Venus*q; *coronis*  
*Gaudens*, cum *Vesta*q; *Ceres*, *pulchra*q; *Diones*,  
*Inter eos litem sedarunt*, *conq; uocarunt*  
*Reges*, & *fratres omnes*, *consanguineos*q;  
*Et reliquos eius quoq; sanguinis*, *atq; parentum*.  
*Horum Saturno tribuit sententia regnum*,  
*Vtpote qui reliquis forma præstaret*, & æuo.  
*Verum Saturnum Titan iurare coegit*,  
*Ne marium natam sobolem nutriret*, *ut ipse*  
*Regnaret*, postquam *Saturnum fata uocassent*.

Præ

Præsenio. Quod si quando Rhea parturiebat,  
 Titanes aderant, & mascula dilaniabant  
 Pignora, quotquot erat: matrē nutritire finentes  
 Fœmineos partus. Sed quando tertius ille Iuno.  
 Adfuit enixus, Iuno fuit edita prima.  
 Hic ubi fœmineam sobolem uidere seroces  
 Titanes, illa ad se discessere relicta.  
 Inde marem peperit puerum Rhea, continuoq;  
Jupiter  
 In Phrygiam per tres furtim dimisit alendum  
 Iurisjurandi constrictos relligione,  
 Cretenses: ideoq; Iouem dixerat, quod esset  
 Nissus. item furtim Neptunum misit eodem. Neptunus.  
 Tertius editus est Pluto illi, prætereunti  
 Dodonā, unde liques Eurotæ defluit amnis  
 Fluminis, inq; maris salsas prouoluitur undas  
 Mixtus Penæo, Stygium quæ nomine dicunt.  
 Postquam Titanes autem didicere creatos  
 Saturno pueros, atq; eius coniuge furtim:  
 Titan collectis sexaginta undiq; natis,  
 Saturnum uincilis, eius cum coniuge strictum,  
 Abdidit in terram, custodiuitq; tenebris.  
 Hoc ubi Saturni nati didicere, duello  
 Magno inuaserunt illum, turbasq; cierunt.  
 Hinc est principium belli mortalib. ortum  
 Omnibus: hæc belli mortalibus extat origo.  
 Tum Deus exitio Titanas misit, & omne  
 Titanum perire genus, & Saturnia proles.  
 Postea surrexit tandem uoluentibus annis  
Aegypti

Monarchia. Aegypti regnum. Persarum deinde secutum est,  
 Medumq; Aethiopūq; atq; Assyriæ Babylonis.  
 Deinde Macedonicū regnū, Aegyptiq; renatum:  
 Post ea Romanum. Tum magnus uoce uolucrī  
 Pectora pulsauit mihi, præcepitq; profari  
 Singula:tum primum solus Deus insinuauit (rd.  
 Hoc mihi, quō nā sint hominū pōst regna futū  
 Namq; domus regno primū Solomonia coget  
 Phœnices Asiæq; duces, aliasq; marinis  
 Fluctibus ambitas gentes, Persasq; Phrygesq;  
 Pamphylos, Cares, Mysos, Lydosq; scatentes  
 Auro. pōst Græci ueniēt diri atq; superbi. (gens)  
 Macedonicū Deinde Macedonia populus dominabitur in  
 imperium. Qui belli horrenda mortales nube laceſſet.  
 Cœlestis sedenim prorsum Deus eruet illum.  
 Post hæc imperium regni succedet aliis,  
 Excellens, ducibus multis, ex occiduiq;  
 Parte maris, multis quod terris imperitabit.  
 Et quatiet multos, & regibus omnibus olim  
 Terrorem faciet: multis ex urbibus auri  
 Diripiet multum, argentiq;. deinde per orbem  
 Aurumq; argentumq; erit, ornamentaq; rursum,  
 Mortalesq; prement: tandemq; existet eorum  
 Casus, ut iniusto incipient turgescere fastu,  
 Continuoq; in eis scelerum uis magna uigebit.  
 Masq; mari sese iunget, statuentq; pudendis  
 In lustris pueros. & erit tunc temporis ingens  
 Inter mortales angustia, cunctaq; turbans,  
 Cunctaq;

Solomonis  
regnum.

Macedonicū  
imperium.

Romanum  
imperium.

Cunctaq; cōtundens, & replens cuncta malorū,  
 Turpis auaritiæ, iniustiarum diuitiarum,  
 In primisq; Macedonijs in finibus, atq;  
 In multis alijs, odiumq; ciebit, & omnis  
 Illis procedet fallacia: donec ad usq;  
 Ventum sit decimum regnum, uigeatq; potestas  
 Aegypti regis Græco de sanguine nati.

Tum demū surget magni præclara Dei gens, Christiani.  
 Quā duce mortales omnes bene uiuere discent.  
 Sed mihi qd menti Deus inijcit hoc quoq; fariē  
 Quæ quib. anteibūt mala: quæ postrema sequē.

Primum supplicio diuinitus afficiētur (tur?  
 Titanes, prolesq; dabit Saturnia pœnas;  
 Saturnum quoniam uinxit, matremq; pudicam.  
 Deinde tyrannides in Græcis, regesq; feroces,  
 Impuri, tumidi, qui iura iugalia frangent,  
 Omnino prauis: neq; iam mortalibus ulla  
 A' bello requies. Phryges autem funditus omnes  
 Perdentur, uenietq; malum illo tempore Troiæ.  
 Continuoq; malum Persas manet, Assyriosq;,  
 Omneq; Aegyptū, necnon Libyā, Aethiopesq;,  
 Pamphyliosq; malum fuerit, Caresq; moueri,  
 Mortalesq; omnes. sed quorsum singula pando?  
 Finitis primis, nascentur deinde secunda  
 Humano generi. quæ tandem prima uocabo?

Sunt uentura pijs mala, qui Solomonia circū  
 Templa colunt, hominū iustorū sanguine creti,  
 Quorū progeniē celebrabo, genusq; paternum,

Et cunctum populum: tu uero mente tenet  
Omnia rite, uaser mortalis, callide mentem.

Vrbs erit in terra Vchaldi  
Vrbs erit in terra Vchaldi  
Ex quibus est hominū proles iustissima , semper  
Quæ bona mēs cordi est, et rerū cura probarū.  
Nam neq; decursum solis,lunæ ue rotantem,  
Nec curant ea quæ per terras magna feruntur:  
Nec magni Oceani rimando quærere fundum,  
Non sternutantum,non præpetis omina penna,  
Non cantatores,uates ue, uenena'ue dantes,  
Non imposturas fatuorum uentiloquorum:  
Nec Chaldaeorum prædicta per astra loquitur,  
Astra nec obseruant,nam sunt hæc omnia falsa,  
Dementes homines quæ perscrutatur in horâ,  
In re exercentes animos quæ non iuuat hilum.  
Quin miseros homines errores edocuerunt,  
Ex quo mortales agitat mala multa, per orbem.  
Ut rectisq; uijs, ex iustis rebus aberrent.  
At sunt uirtutis cultores, iustitiæq;  
Non ex auaritiæ, quæ tristia plurima conflat  
Mortali generi,bellumq; , famemq; uagantem.  
His modus est iustus demēsa per arua,per urbes,  
Nec nocturna sibi rapiunt per furtu uicissim,  
Caprarum'ue greges abigunt,ouium'ue,bov'ue:  
Nec terræ metas uicini summoet alter,  
Nec locuples quisquam diuexat pauperiorem,

Nec

Nec uidus torquet, sed eis magis auxiliatur,  
 Semper subueniens oleo, uinoq; ciboq;  
 Semper & in populo felix, & diues egenis,  
 Pauperibusq; suæ partem largitur aristæ,  
 Ut fieri iubet & laudat diuina Dei lex,  
 Qui terram fecit communis ut omnibus esset.

Cum uero Aegyptum linquet, per iterq; suave  
 Ex tribubus populus bis senis conditus ibit,  
 Sub ducibus missis diuinitus, isq; columnæ

Israelitarum  
exitus ex E-  
gypto.

Ignita per iter noctis gradietur opacæ,  
 Per totumq; diem nebulæ præeunte columnæ,  
 Huic populo duxor dabitur uir magnus ab illo  
 Moses, quem inuictum propter regina paludem Moses,  
 Sustulit, & nati nutritum nomine dixit.

Hic igitur postquam populi dux, quæ Deus extra  
 Aegyptum perduxit, eò peruenit, ubi mons  
 Sina fuit, legem de cœlo tradidit illi,  
 Omnia cum tabulis scripsisset iusta duabus:  
 Et iussit fieri Deus: & si forte quis esset  
 Qui non pareret, poenas is solueret ipsa  
 Lege, uel humanis manibus: si forte latéret  
 Mortales, tamen hic omni ratione periret.

Lxx.

Fecit enim terram communis ut omnibus esset.  
 Pectoribusq; bonam mentem Deus insinuauit.  
 His solis fruges tellus creat alma, remittens  
 Ex uno centum, diuinumq; uber adæquans.  
 Sed tamen his etiam ueniet mala pestis, eamq;  
 Non fugient: & tu delubra decora relinques

C 2 Et sū.

Et fugies, C etenim sanctū tibi linquere campum  
 Fatale est ) & ad Aſſyrios ducēris, apudq;  
 Immītes homines natos seruire uidebis,  
 Vxoresq; omnisq; peribit uictus, opesq;  
 Omnis plena tui regio terræq; marisq;  
 Nullus erit mores quin istos oderit: omnis  
 Terra tibi deserta iacebit, & ara relicta,  
 Et magni delubra Dei, muriq; patentēs,  
 Omnia confidunt in humum: ſanctissima quando  
 Aeterni p̄cepta Dei de mente repellens,  
 Fœdis seruisti ſimulachris: depositoq;  
 Aeterni diuīm q; hominumq; ſatoris honore,  
 Atq; metu, generis mortalis ſigna colebas.  
 Propterea decies ſeptem per tempora terra  
 Omnis erit deserta tua, & mirabile ſanum.  
 Sed bonus exitus hinc et gloria maxima ſurget,  
 Hoc curante Deo tibi, mortaliq;. ſed ipſe  
 Legibus augustis diuinis crede manendo,  
 Dum tibi genua Deus defeffa attollat in auras.

Tū Deus ē cælo regē demittet, is autē (æſtu.  
 Sanguine quoq; homines, ignisq; probabit in  
 Regalis quedam tribus eſt: genus huius ab omni  
 Peccato planē uacuum dominabitur olim,  
 Incipietq; Dei renouatam conſtruere ædem,  
 Huc quoq; Persarū rex conferet omnis, & auro,  
 Aereq; ſuccurret, ferroq; ferente laborum.  
 Nam Deus ipſe dabit per noctem ſomnia ſancta:  
 Et recidua, uelut fuerant, delubra resurgent.

vt

Instauratio  
 templi post  
 Babylonis ca  
 piuitatem.

Vt mihi diuino requieta à carmine mens est,  
Orabam magnum genitorem, uis ut abesset.  
Sed mihi suggescit uocem sub pectora rursum,  
Perq; omnes terras præcepit uaticinari,  
Mentibus & regum res insinuare futuras.

Hocq; mihi primum mentem dat dicere numen,  
Quanta immortalis Babyloni funera confllet,  
Illa Dei quoniam magnam populauerit ædem.  
Heu Babylon, eheu hominū genus Aßyriorum.  
Totam peruadet sceleratam maxima terram  
Clades, & clamor uincentum perniciosus,  
Insultusq; Dei magni, qui carminis autor.  
Aerius ueniet Babylon tibi namq; superne,  
Descendet sacrī cœli de sedibus inquam  
Aeternus furor, & peruerteret teq; tuosq;.

Tunc eris ut fueras, ceu nunquam nata fuisses.  
Sanguine tum multo replebere, sicut & ipsa  
Sanguine fundēdo iustosq; bonosq; necasti, Cgnū.  
Sanguis adhuc quorū nūc clamat ad æthera ma-

Te quoq; magna manet clades Aegypte domo.  
Quam tibi uenturā nūquā speraueris esse. (rum,  
Nam te per medium gladius penetrabit acutus,  
Euenietq; tibi dispersio, morsq; famesq;,  
Septena regum sub stirpe, deinde iacebis. (nes

Heu tibi Gog, tractusq; Magog, qui diuidis am  
Aethiopum medium: quantas tu sanguinis undas  
Accipies, pœnæq; domus dicēris in orbe,  
Potabitq; nigrum tua roscida terra cruentum.

In Babylone.

In Egyptū.

In Gog &  
Magog.

Heu Libyæ tellus: eheu mare, terraq; gentes  
 In occidenta- Occiduæ, uobis orietur tempus acerbum.  
 les. Vobis luctandum magni certaminis æstu,  
 Et grauis ex duri: uobis est pœna luenda  
 Omnibus, ex rigida pereundum sorte, quod ad ædē  
 Aeterni magnam grauiter uiolastis, eam q;  
 Ferratis grauiter mandistis dentibus: ergo  
 Terrā istam plenam defunctis esse uidebis, nis,  
 Quos pestis ue, famæ ue, et numinis impetus om  
 Bellæ ue sustulerint, atq; implacabilis hostis.  
 Omnis terra tibi deserta, urbesq; relictæ.

Cometa. Sole sub occiduo uero uocitata cometa  
 Stella relucebit, gladij mortalibus index,  
 Et famis ex mortis, præclarorumq; uirorum  
 Atq; ducum interitus magnorum, nobiliumq;  
 Maxima præterea mortales signa monebunt:  
 Altus enim Tanais Maeotica stagna relinquet,  
 Liraq; depresso sulcos infindet in alueo  
 Frugifero, at fluctus cursum cohibebit abudans.  
 Astanarum urbiū ruin. Vasta barathra, labesq; ruent hinc oppida multa  
 Plena uiris: atq; haec Asiae labentur, Iassis,  
 Cebre, Pandone, Colophon, Ephesus, Nicæa,  
 Antiochia, Tanagra, Sinope, Smyrna, Marus,  
 Europæq; Cyagra, Clitus, Basilis, Meropea,  
 Antigone, Magnesia, Mycene, Panthia,  
 Gaza nimis fœlix, Hierapolis, Aslypalæa.  
 Tum scito Aegypti morti genus esse propinquum.  
 Tum melior qui transiit annus Alexandrinis,

EX

*Ex Asia quando suscepit Roma tributum.*

*Verum Asie ueniet uel tripla pecunia rursum.*

*A Roma, pendetq; atrox iniuria poenas.*

*Ac quot sunt Italis Asianorum famulati,*

*Viceni toties Asie cogentur in oris*

*Pro mercede graues Itali tolerare labores.*

*Innumerasq; pati, uictu cum paupere, multas.*

*O auro locuples, Roma prognata Latina*

*Virgo tenella, procis multis optata frequenter*

*Ebria, non ullo cum mundo seruaq; nubes.*

*Sæpe tibi uellet teneros hera dura capillos,*

*Et poenas repetens ad terram sternet ab alto,*

*Rursum et à terra sublimem tollet in altum.\**

*Mortalis quod erat uitiosa, iniustaq; uita.*

*Fiet arena Samus: Delus deleta latebit:*

*Fiet Roma ruina: ita digerit omnia fatum.*

*Nullaq; erit Smyrnæ pereuntis mentio uindex,*

*Sed uitiosq; ducum, et prauorum consiliorum.*

*\* Pax autem tranquilla Asie gradietur in oris.*

*Tunc et erit felix Europa, et fertilis æther,*

*Annosus, firmus (tempestas grandoq; nulla)*

*Cuncta ferens. uolucres, reptiliaq; omnia terre.*

*O fœlix, seu uir, ueniet qui tempus ad illud,*

*Seu mulier, fœlix securæ munere uitæ.*

*Nam bona lex omnis cœli stellantis ab oris,*

*Iustitia comitate, homines inuiset, et una*

*(Qua nihil est homini utilius) concordia sana,*

*Atq; amor, atq; fides, et amoris in hospite uincula.*

At mala lex, mordax liuor, dementia, & ira  
 Mortales fugient: fugiet uis, pauperiesq;  
 Cædes, letiferæ lites, & iurgia dira,  
 Furtaq; nocturna, atq; malū tūc temporis omne.  
 Detrimentū Asiae sed grande Macedonia edet,

In Romam,  
 Europæq; nimis magnus dolor exorietur,  
 Saturni de gente notha, seruisq; creata.

Illa etiam firmam Babylona domabit, & omnis  
 Quantum sol lustrat, terræ regina uocata  
 Tristibus, infelix, fatis euersa peribit,  
 Errantesq; sua compescet lege nepotes.

In hoc uersu  
 diuinauī.  
 Quin olim ueniet non expectatus in agros  
 Fœlices Asiae, humeros indutus amictu  
 Purpureo, crudelis homo, importunus, et ardēs.  
 Fulmine quippe citus fuit ille uir ante, iugumq;  
 Durū Asiam totā premet, & madefacta cruento  
 Terra bibet multum, facta de cœde fluentem.

Hic erant multi uersus ita confusi, ut ex iis nullam  
 possem elicere sententiam. Hos in hunc modum ut  
 cinq; uertere uerbis solutis conabar.

Sed tamē prorsus euersum omnē Idæ curauerit,  
 Quorum quidem genus ipse uult deperdere,  
 Ex eorundem genere illius genus perdetur.  
 Radicem quidem unā dans, quā etiā euellat Mars  
 Ex decem cornibus, seret autem apud stirpem aliam,  
 Euellat purpurei generis genitorē pugnatorem.  
 Atq; ipse à filijs quorū in unanimē fatalem mas  
 Corrupitur, at tunc quidē agnascens cornu regnabit  
 Erit

Erit etiā Phrygiæ frugiferæ protinus signum,  
 Cum Rhei prauum genus in terra fluctus  
 Aeternū radicib. nūquā sitientib. q. germinauit,  
 Fūditus prorsum perditum una in nocte fuerit,  
 In urbe Antandro atiseis terræ Neptuni,  
 Quam tum dictabunt cognomen Dorelaon,  
 Antiquæ Phrygiæ lachrymosæ nigræ,  
 Erit igitur tempus illud cognomen Neptunus  
 Antra terræ dissipabit, & mœnia soluet.  
 Signa autem non boni, sed mali nascetur initium,  
 Civilis belli tristes habebitis angustias. (guine,  
 Aeneadas autem dans indigenæ cognatum san-  
 Quanquā rursus præda hominibus amatoribus

Ilion, heu miseresco tui : nam crescat Erinnys Helenæ,  
 In Sparta, specie eximia, famaq; perenni  
 Egregium german, diuexaturaq; gentes  
 Europæ atq; Asiæ populosas: præcipueq;  
 Plangores, astusq; tibi, gemitusq; datura,  
 Semper, & æterna fama celebranda nepotum.

Quidā deinde senex falsorū scriptor, & ipsam Homeros.  
 Mentitus patriam, nascetur, lumine captus  
 Ille quidem, uerum præclara mente uigebit,  
 Astringetq; modis carmen prædulce, duobus  
 Mixtum nominibus: Chio quoq; se ipse uocabit. 4  
 Hic res Iliacas scribet, non sicut habebunt,  
 Sed clare, uerbisq; meis utendo, modisq;  
 Primus enim uoluet librorum scripta meorum.

Isq; uel in primis ornabit belligerantes,  
 Hectora Priamiden, & Achillea Peliona,  
 Et reliquos etiam, quibus & res bellica cordi.  
 Quin faciet diuos illis aſſistere, ſalsa  
 Omnino ſcribens, homines cum morte caduci  
 Si fuerint, quorum tantum nuda oſa ſupersunt,  
 Et quibus ingentem famam dabit Ilion amplum.  
 Sed tamen alterno res gestas carmine dicet.  
 Et Lyciae Locri proles mala multa creabit.

Te quoq; Chalcedon ponti ſortita meatum  
 Angusti, Aetolæ gentis populabit alumnus.  
 Et tibi franget opes oneroſas Cyzice pontus.  
 Tu quoq; tunc Afia Byzantion arma ſouebis,  
 Et gemitus etiam accipies, multumq; cruorem,  
 Altumq; imperium Lyciae de uertice montis,  
 Vndaq; reclusæ petræ resonabit hiatu,  
 Donec ſigna patrum iam cefſent ſatidicorum.  
 νυῖνω νῆτεις τρέποντες οἰνοχόοιο.

Circum te tumida resonabit Rhyndacus unda.

In Rhodum. Tu quoq; diu nulli Rhode ſubdita, filia ſolis,  
 Durabis, multaq; olim pollebis opum ui,  
 Imperioq; maris primas cuecta tenebis.  
 Præda tamen studio tandem rapieris amantum.  
 Ceruicemq; iugo, diues, formosaq; ſubdes.  
 Lydius at motus res Perfidis expoliabit,  
 Europæq; Afiaq; genus pertrife dolebit.  
 At rex Sidonius, aliorumq; agmina pugnae  
 Exitium Samijs conſlabunt trifle per æquor.

Sanguine

Sanguine terra fluens resonabit in æquora rauca  
 Cœde uirūm. uxores autem, lepidæq; puellæ,  
 Ab lamentantes sua tristia damna querentur,  
 Propter & occisos, & natos morte cadentes.  
οὐμέτου πάνταρου σεισμῷ δίς φθεῖσι φάλαγγα.

Et multas animas hominū simul Orcus habebit. In Tralles.  
 At Trallis uicina Epheso succusa tremente.

Terra, compositos muros, hominumq; labores  
 Diruet, & latices feruentes terra refundet:  
 Terra grauata illos. & sulphuris hauriet æstus,  
 Regalesq; struet Samus ædes tempore certo.

Italia hoc tibi res cū externo marte futura est. In Italos,  
 Sed te ciuilis (dictu miserabile) sanguis  
 Affliget, celebrem nimium, positiq; pudoris.  
 Feruida quinetiam recubans libamina propter  
 & ægoidū γῆθεσι \* ēvaḡs f̄scū d̄ ævtliū.  
 Nec tu blanda bonos mater, sed lacte soubis  
 Altrix sœuferas, iterum uir perniciosus  
 Surget ab Italia. tunc diruta Laodicea  
 Vrbs Carū præclara, Lyci splendētis ad undas.  
 Magnanimi patris luctu defuncta silebis.  
 Aestus Campanis ingens impendet ab urbes  
 Depopulante fame, & longæuæ morte parentis  
 Desleta. Cyrrus, Sardoq; surente procella  
 Magnæ hyemis, sanctoq; Deo sericte, profundo  
 Mergentur, teclis sub gurgite nantibus alto.  
 Eheu quam multas sponsabit Pluto puellas.  
 Intactas, iuuenesq; impubes æquore mersos.

Ehen

*Eheu infantes oppresos gurgite salso*

*βασιλήιορ αὔρφω*

*μυσῶρ γένειαι μάκειαιρά γένος βασιλήιορ αὔρφω*

*τέξεται. tamen haud durabit tempore longo*

*Carchedon. Galatis aderit tristis quoq; luetus.*

*Et Tenedo ueniet suprema, at maxima clades.*

*Et Sicyon eris tinnitu, teq; Corinthe,*

*αὐχήσου εἴσι τάσιν, ισορ οἰς βούσεται αὐλός.*

*Vt requieata mihi diuino à carmine mens est,*

*Ecce iterū stimulat magnū mea pectora numen;*

*Meq; futura iubet per terras uaticinari.*

*Eheu Phœnicum mariū genus & muliebre,*

\* *Littoreasq; urbes omnes: nam nulla manebit*

*Ad lumen solis, communi in lumine, uestrūm.*

*Nec uitæ numerus, nec erit tribus amplius ulla,*

*In iustam propter linguam, uitamq; nefandam,*

*Quem triuere omnes referantes ora profana,*

*Tetraq; dixerunt, iniustaq;, falsaq; uerba:*

*Et contra magnum regemq;, Deumq; steterunt,*

*Oreq; falsa malo uomuerunt: propter id ip̄os*

*Cunctas terribilis per terras cēde domabit,*

*Et mandabit eis Deus heu tristissima fata,*

*Euertens urbes, & multas funditus arces.*

*In Cretam. Eheu Creta tibi, multum dolitura: manet te*

*Clades, pernicie te prostratura perenni,*

*Et te sumantem tota olim terra uidebit,*

*Semper & ardenter nunquam te desinet ignis.*

*In Thracas. Heu tibi Thraca, iugum quoniam seruile subibis,*

*Cum*

Cum Græcos Galatæ permixti, Dardanidæq;  
 Vastabunt audè: tum te tua damna laceſſent,  
 Externæq; malum terræ dabis, accipiesq;. (ctis,  
 Heu tibi Gogq;, Magogq;, alijsq; ex ordine cun- In Gog.  
 Marsog, atq; Angō: tibi quot mala fata propinquāt:  
 Multa etiam Lyciae genti, Mysæq;, Phrygumq;,  
 Pamphyliæq; cadēt gentis, Lydiq; frequētes, Cest  
 Mauriç; Aethiopesq;, et quorū barbara lingua  
 Cappadoces, Arabesq;: quid autem singula pādoe  
 Quotquot enim gētes uerſantur in orbe, tremen  
 Omnip. immittet clādē Deus ille supremus. (dam

Barbara gens uero cum Græcos aggredietur, Greciæ ea-  
 Multa quidem capita extirpabit lecta uirorum, lamatas.  
 Multas balantes hominum corrumpet opimas,  
 Mulorūq; greges, & equorū armenta, boumq;,  
 Infandoq; domos elegantes igne cremabunt,  
 Multaq; diuersum ducent captiuas sub orbem  
 Corpora ui, molles pueros, cinctasq; parentes  
 Ex thalamis, pedibus teneris quas ante iacentes  
 Cernent in uincis (conſtrinet barbarus hostis)  
 Omnia dura pati: nec erit tamen ulla potestas  
 Sæuum pellendi bellum, uitamq; tuendi.  
 Cernent diuitijs hostem, rebusq; fruentem  
 Omnibus ipsorum, trepidi genibusq; trementes,  
 Et fugient unum centū, per eumq; peribunt:  
 Quinq; autem magnū superabunt agmen, & illi  
 Turpiter utentur pugna, tristiq; tumultu,  
 Lætitiamq; ferent hosti, Græcisq; dolorem,

Et

Et seruile iugum portabit Græcia tota.  
 Cuncta simul tangent homines, bellumq; luesq;;  
 Et superum cœlum diuinitus ære rigebit,  
 Nec pluvijs ullis madefiet ferrea terra.  
 Post ea mortales omnes miserabile flebunt  
 Igneq; uastari, nec ararier arua, seriq;.  
 Et mala multa dabit cœli terræq; creator,  
 Atq; hominum fiet pars tertia sola superstes.

Ad Græcos.

Græcia principibus quid fidis morte caducis?  
 Ultima quos leti non est euadere fata?  
 Quorū sum desunctis donaria uana reponis?  
 Quid' ue litas statuis? quis te malus error ad ista  
 Mentis agit, magni linquentem numinis ora?  
 Accipere omniparens nomē numeriq; memento.  
 Mille anni atq; aliæ sunt p̄ēthecatōtades, ex quo  
 Græcorum reges regnum tenuere superbi,  
 Qui mala mortales docuerunt prima magistri,  
 Tot simulachra deūm statuentes luce carentes,  
 Ex quibus effectum est ut tam sapiatis inane.  
 Verum quando Dei magni uos ira laceſſet,  
 Tunc agnoscetis conspectum numinis alti.  
 Atq; omnes animæ mortales multa gementes,  
 In cœlum rectâ manibus sublimè supinis,  
 Regis opem magni incipient orare uocantes,  
 Quærereq; ecquis eos tanta defendat ab ira.

Hoc quoq; discēdū, et memori tibi mētetenēt  
 Funera uoluendis annis fint quanta futura, (dū,  
 Græcia quando boues, & tauros cædet opimos,

Ad

Ad magnijs Dei templum libamina siset,  
 Effugiet creperum bellum, pestemq; metumq;  
 Et seruile iugum tandem ceruice repellat.  
 Sed tamē impia stirps hominū illucusq; uigebit,  
 Dum finem hoc capiat tempus fatale, diesq;  
 Non uos quippe Deo libabitis antē, peracta  
 Omnia quā in fuerint, statuet quācunq; uoluntas  
 Certa Dei, fieri quāe prorsum cūcta necesse est.

Tunc hominū tandem surget gēs sacra piorū,  
 Qui præcepta Dei retinentes mente supremi,  
 Elius honorabunt casto libamine templum,  
 Et suffiminibus. cædetur & hostia multa,  
 Et tauri pingues, aries quoq; multus, ovesq;  
 Primigeno partu natæ, cum pinguibus agnus,  
 Quæ sancte magna procurabuntur in aræ,  
 Sortitiq; æquas partes, ex lege supremi,  
 Oppida felices habitabunt, ruraq; lœta.  
 At uates præerunt, quos immortalis honorat,  
 Quiq; bonum portat cunctis mortalibus ingēs:  
 Solis quippe deus sanum donavit habere  
 Consiliumq; fidemq; bonāq; in pectore mentē.  
 Nec uero uanis erroribus ulla laboris  
 Humani monimenta colunt, aut ære uel auro  
 Cusa, uel argento simulachra, uel intereuntum  
 Ligno, uel saxo factorum signa deorum,  
 Aut creta aut minio uiuos in imagine uultus,  
 Qualia stultitia mortales mentis adorant:  
 Verūm pretendent castas ad sidera palmas,

De Christia-  
nis.

Ex lecto

Ex lectoq; manus surgentes mane repurgant  
 Semper aqua, atq; Deū qui semper magnus, ho  
 Aeternū: post quē patres, matresq;, deinde (norāt  
 Ante omnes homines sancti meminere cubilis:  
 Nec maribus pueris sceleratē congrediuntur,  
 Sicut Phœnices, Aegyptusq;, atq; Latini,  
 Frugiferensq; alijs cum multis Græcia terris,  
 Persis, & Galatis, Asianisq; omnibus, alman  
 Aeterni legem qui contempserē Tonantis,  
 Pro qua re Deus in mortales sœuiet omnes,  
 Immittetq; famem, plangores, bella, malā rem,  
 Pestem, perniciem, lachrymas, tristesq; dolores:  
 Aeternum quoniam sancte decorare parentem  
 Nolentes, hominum generis simulachra colebāt  
 Facta manu, stupidi: in rupes quæ iacta cauatas  
 Mortales abdent, magno cogente pudore,  
 Cum nouus Aegypti rex septimus imperitabit  
 In propria terra, de Græcis annumerandus,  
 Cui Macedo imperio dominabitur imperiosus.

*Antiochus.* Ex Asiaq; aquilæ ueniet rex magnus ad instar,  
 Ardens, qui terrā peditumq; equitūq; cateruis  
 Obducet, qui cuncta malis labefacta replebit,  
 Et regnum Aegypti prosternet, & omnia secum  
 Asportans, uastum discedet prædo per æquor.  
 Tumq; genuflectent album regi⁹, Deoq;  
 Magno immortali per terras omniparentes.  
 Et fabrefacta manu confident omnia flammis.  
 Tunc Deus humanis concedet gaudia magna,  
 Terraq;

Terraq; & arboreæ stirpes, pecudūq; cateruæ  
Innumeræ ueros fructus mortalibus edent,  
Vinum, dulceq; mel, niueū lac, quodq; uel inter  
Omnia frumentum mortales adiuuat ægros.

Sed tu mortal is, uersuta mente, malaq;,  
Noli diuitijs nimis inuigilare, sed illis  
Missis, conuersus numen placare memento,  
Et mactare Deo taurorum corpora centum,  
Primigenosq; agnos, caprasq; uolantibus horis.  
Quære Dei facilem æterni placando fauorem,  
Qui solus Deus est, nec quisquam est alter ab ipso..  
Iustitiam colito, nulliq; iniurius esto.  
Immortalis enim iubet hæc mortalibus ægris.

Tu uero magni uitato numinis iram.  
Tum cum mortales omnes petet exitialis  
Pestis, & horribili poenarum strage prementur,  
Et regem capiet rex, terramq; auferet illi:  
Et gens delebit gentem, populosq; dynastæ,  
Diuersasq; duces omnes fuga pellet in oras,  
Mutabitq; homines tellus, & barbara totos  
Græcorum pingues agros populata potestas  
Tollet diuitias, & nata seditione  
Ipsi interfesc contendent, scilicet aurum  
Propter & argentū (tantū maleuada malorum  
Cogit auaritia) inq; alienis finibus omnes  
Nullis claudentur tumulis, inhumataq; saeuis  
Corpora uulturibus linquent lanianda, ferisq;  
Factaq; cū fuerint hæc omnia funditus, ingens

Admonitio  
ad homines.

Terræ cal-  
mitates.

D Relliquias

Relliquias tellus consumet luce carentum,  
Semina nec prorsum capiet, nec arbitur ipsa,  
Infelix hominum testans scelus exitiale. \*

Tempore longinquò multis uoluentibus annis  
Peltas & clypeos, gæssos, diuersaq; tela.  
Nec de querceis lignum scindetur ad ignem.

Et tunc sole Deus regem demittet ab alto,  
Qui totam terram diris recreabit ab armis,  
Occisis alijs, alijs in foedera iunctis.

Nec uero propria disponet is omnia mente,  
Sed laudanda Dei magni decreta secutus.

Atq; iterum magni florebit amata Dei gens  
Diuitijs, auro atq; argento, purpureoq;  
Ornatu: tellusq; parens gaudebit, & æquor,  
Plena bonus: etiamq; inter se feruere reges  
Incipient ira, meditantes corde nesanda.

Inuidia nihil est peius mortalibus ægris.  
Sed crebri terram gentiles rursus eandem  
Inuadent reges, leti sibi fata ferentes.

Namq; Dei magni tentabunt depopulari  
Sacra, uirosq; bonos: cum fines ingredientur  
Circum urbem reges peruersi sacrificabunt,  
Quisq; sui solij dominus, populiq; rebellis.

At Deus ingenti ad socordem uoce loquetur  
Et tardum populum cunctum, iustasq; reposcet  
Iudicio pœnas, magnus, dextraq; peribunt  
Omnes eterna, & coelo labentur ab alto  
In terram ardentes enses, uenientq; coruscæ

Lampa-

Lampades in medios homines splendore micates.  
 At terra omniparens illis perculsa diebus  
 Numinis æterni dextra, piscesq; marini,  
 Terrestresq; feræ omnes, et genus omne uolatū,  
 Humaniq; omnes animæ, maria omnia, uultum  
 Aeterni horrescent, exalbescentq; timore.  
 Ille sed immanes, excelsa cacumina, montes  
 Rumpet, cærulei q; Erebi domus ima patebit.  
 Excelsis uero putescit montibus antra,  
 Plena cadaueribus: manabunt sanguine cautes:  
 Omnia complebunt torrentia flumina campos.  
 At muros omnes hominū, quibus improba mens  
 Vasta ruina trahet, quia legem iudiciumq; (est,  
 Nesciuere Dei magni: quin insipienter  
 Hastas sacrata cuncti uibrastis in ædem.  
 Omnes ergo Deus bello multabit, & ense,  
 Igneq; & undanti pluuiâ: tum sulphur ab alto,  
 Et lapis in densa, pernicioq; grandine, cœlo  
 Depluet, & leto perimentur quadrupedantes,  
 Tum Deus æternus noscetur, qui facit illa.  
 Fletus & immensam terram, clamorq; cadentum  
 Replebit, tacitiq; omnes manante luentur  
 Sanguine, nec tellus illa de strage cruentum  
 Non bibet, explebitq; seras caro dilaniata.  
 Ipse mihi Deus hæc dedit omnia uaticinari,  
 Magnus et æternus, qui quod uel mēte reponit,  
 Non fieri prorsus nequit, & contingere finem:  
 Namq; Dei nescit mentiri spiritus orbi.

Beatorum  
felicitas.

Interea magni proles secura Tonantis  
Circum ædem uiuent, & letabuntur in illis,  
Namq; creator erit (qui iudicat omnia iuste,  
Omnia qui solus princeps regit) autor eorum,  
Solus enim præsens claudet munimine tutos,  
Ardentiq; uelut muro, circundabit igne.  
Ergo urbes nullo bello, sedesq; tenebunt,  
Quando nulla manus belli premet: ipsa sed illos  
Aeterni armipotens defendet dextera sancti.  
Tunc omnes pariter fabūtur et insulæ, et urbes,  
Quanto illos adamet Deus immortalis amore,  
Omnia quippe quibus certent prodesse iuuando  
Auxilijs, cœlum, rapidus sol, ipsaq; luna.

Hic uersus ui-  
detur transla-  
ticius.

At terra omniparens tremefiet tēpore in illo.  
Tum dulci incipient meditari carmine laudes.  
Huc omnes, positis genibus, simul ore precemur  
Aeternum, magnumq; Deum, regēq; perennem.  
Ad sacra mittamus, solus quando ille potens est,  
Supremiq; Dei legem simul excutiamus,  
Quæ sola in toto pollet iustissima mundo.  
At nos æterna errantes à lege Tonantis,  
Morte caducorum statuas, & signa uirorum,  
Numina facta manu, fatui ornabamus honore.  
Eia age diuino in populo per tecta domorum  
Suppliciter rerum oblectemus laude parentem,  
Arma per extensam relegentes hostica terram,  
Per septem longos annis uertentibus orbes,  
Peltas, & clypeos, galeas, diuersaq; tela,

Tan

Tam multos arcus, hastas, celeresq; sagittas.

Neu de querceto lignum scindatur ad ignem.

Sed satis est tandem: iam desine Græcia fastum,  
Vtq; Deum æternū magnūq; precere memento.  
Mitte et in hanc urbē populū cōsulta petentem,  
Qui de sacra est magni tellure Tonantis.

Ne Camarinam agita: nam præstat non agi:ari.

Pardalin è lecto, ne nanciscare malam rem.

Comprime te, tumido neu tantū corde superbi,  
Vt nihil indubites durum certamen inire.

Sed magnum uenerare Deū, quo participes h.c.,  
Cum finem hoc capiet tempus fatale, diesq;  
Iudiciumq; Dei mortalia pectora magnum  
Aeterni, magno imperio cogente, subibunt.

Nam terra omniparens fruges mortalibus almas  
Edet inexhaustas, olei, uiniq; cibiq;  
Dulciaq; ex alto cœlo rorantia mella,  
Arboreos fructus, nitidas pecudesq;, bouesq;;  
Agnos, atq; agnas pingues, hœdosq; caprarum,  
Et niueo fontes erumpent lacte suaves.

Oppida plena bonis, et pingua culta uigebunt,  
Nec gladios metuet, nec bellum terrā tumultus,  
Nec tremefacta gemet nutanti pondere tellus.

Nec bellum, nec erit sentorū squalor agrorum,  
Aut famis, aut fruges uastantis grādinis horror.

Verum pax terris florebit in omnibus alta:

Ad metasq; dati regem rex diligit æui,

Communemq; Deus toto componet in orbe

Aeternus legem, cœli qui sidera torquet.  
Qua quicquid facient mortales lance librabit.  
Nam solus Deus est, & nescit habere secundum.  
Ipse hominum uires immanes igne cremabit.  
Sed mea pectoribus uestris consulta tenentes  
Viuentem colite, & cultus uitate nefandos,  
Corfusumq; maris lectum fuge, adulteriumq;  
Enutri proprios natos, occidere noli.  
Nam Deus æternus peccantes opprimet ira.  
Tunc autem regnum tempus componet in omne  
In cunctos homines, sancta cum lege piorum  
Donauit gentem, quicis terrā pandere cunctis  
Promisit, portasq; beatorum orbis, & omnem  
Lætitiam, mentemq; æternā, & gaudia semper  
Duratura, serent & thus, & munera larga  
Omnibus ex terris ad magni sana Tonantis. (est,  
Nec uenturo hominum generi domus illa futura  
Præter fidū hominē quē dat Deus, ad uenerandū.  
Namq; Deo dicent homines genitore creatum,  
Omnes & campi calles, & littora dura,  
Et celsi montes, & sæua fluenta profundi  
Tunc pedibusq; dabunt faci' es, remisq; meatus.  
Pax etenim terrā peragrabit summa bonorum,  
Et gladios tollent afflati numine uates,  
Ut qui iura dabunt, reges mortalibus æqui,  
Divitijsq; homines iustis potientur. habebit  
Iudicium quoniam magnus Deus, imperiumq;  
Gesti læta puella, tibi nam gaudia semper  
Duratur.

Duratura dedit cœli terræq; creator,  
 In te habitaturus: tibi lux æterna manebit:  
 Cumq; lupis agni per montes grama carpent,  
 Permixtiq; simul pardi pascentur, & hœdi,  
 Cum uitulis ursi degent, armenta sequentes,  
 Carniuorusq; leo præsepia carpet uti bos,  
 Et pueri infantes colubros in uincula mittent,  
 Terrebitq; feras in terris debile corpus,  
 Cum pueris capiēt somnos in nocte dracones,  
 Nec lœdēt, quoniā Domini manus obteget illos.

Signatibi uero dicam clariſima, per quæ  
 Omnia cum terris sint perficienda uidebis.  
 Cum uisi fuerint cœli stellantis in oris  
 Nocturni gladij, casus ad solis & ortus,  
 Puluis & cœlo terram descendet in omnem  
 Protinus, & medio cursu lux aurea solem  
 Deseret, & terram fulgenti lumine luna,  
 Sanguineis guttis stillantibus, irradiebat,  
 Signaq; saxa dabunt, & in alta prælia nube  
 Cernetis peditumq; equitumq; sonantib. auris,  
 Quali uenantes prædas clamore fatigant:  
 Hanc finem belli faciet Deus incola cœli.  
 Sed magno regi decet omnes sacrificare.

Hæc sunt quæ moneo Assyria Babylone pfecta,  
 In Græcos ignis missus, fanatica, cunctis  
 Exponens diuina Dei præsignificata \*  
 Mortali ut generi diuina ænigmata pandam.  
 Et tamen ex alia patria me Græcia dicit,

Sibyllæ ge-  
nus.

Ex Erythra natam, positiq; pudoris. at illi  
 Matre ferent Circe, Gnoſto me patre Sibyllam.  
 Infanam, falsam: sed cunctis deniq; factis,  
 Tum celebris uobis ero: nec me dixerit ullus  
 Amplius infanam, sed uatem numine plenam,  
 Cui Deus ostendit quæcunq; parentibus idem  
 Ante meis, & quæ fuerint, quæ sintq; futura,  
 Omnia perdocuit, mentem ueracibus implens,  
 Ut mortale genus (uenturaq; quæq; fuerunt,  
 Pandens) admoneam. siquidem cum dilueretur  
 Mundus aquis, cū uir solus probus exuperauit  
 Quidā, quē per aquas uexit domus eruta sylvis,  
 Et pecudes, et aues, rursum impleretur ut orbis,  
 Eius ego nurus, eius item desanguine nata,  
 Cui prima acciderunt, postrema oſteſa fuerunt.  
 Hactenus ore meo uera omnia prodita sunto.

## LIBER QVARTVS.

De Deo, & diuersis regioni-  
 bus ac insulis.



Vdi gens Asiae nimis, Europæq;  
 superba,  
 Hæc quæ mellifono ueriſſima ua-  
 ticipinari  
 Ore paro, nostro dictata à numi-  
 ne magno:

Non oracula quidem dantis mendacia Phœbi.  
 De Phœbo. Quem dixere Deum, quem falſo nomine uatis  
 Vani

Vani appellarunt homines, sed numine magno  
 Flante Dei, quē non hominū manus ulla dolauit De Deo,  
 Mutis assimilem signis, saxoq; politis,  
 Nec domus est olli, saxum nec in æde sacratum,  
 Voce carens, surdum, mortalibus exitiosum:  
 Sed quem de terra mortali lumine non est  
 Cernere, metiriq; manu, neq; fingere tactum.  
 Omnes qui cernens, à nullo cernitur ipse.  
 Cuius in imperio nox est tenebrosa, diesq;  
 Lunaq; sidera q; et sol, piscosumq; profundum,  
 Tellus, et fluuij, fontesq; perenne scatentes,  
 Arborei foetus, uites, animalia, oliuæ.  
 Hic mihi uerberibus mentē quatit acribus intus,  
 Ut tum quæ nūc sunt, tū quæ uentura trahuntur,  
 A primo, undecimum donec iam uenerit æuum  
 Mortali generi referam certissima. namq;  
 Ipse mihi pandens narravit cuncta. sed audi  
 Omnia tu populus, dicit quæcunq; Sibylla,  
 Veridicas sancto fundens ex ore loquelas.

Felices hominum illi uersabuntur in orbe,  
Quilaudare Dei supremi numen amabunt  
 Ante cibum et potum, freti pietatis amore:  
 Omnia qui uisu templa auertentur, et aras,  
 Ex lapidum uanas stupidorum pondere moles,  
 Sacrificio foedas animantum, quadrupedumq;  
 Sanguine: suspicentq; Dei decus unius ingens.  
 Nec diram facient cædem: neq; lucra parabunt  
 Grandia per surtum, quæ sunt deterrima planæ:

Vera pietas.

D 5 Nec

Nec uetitum alterius cupient fœdare cubile:  
 Mascula nec turpi maculabunt corpora tactu.  
 Atq; horum moresq; pios, uitæq; tenorem (est:  
 Haud imitabūtur reliqui, quibus improbamens  
 Sed tetris illos sannis, risuq; sequentes,  
 Affingent illis dementes crimina falsa,  
 Crudeles, ipsi quæcunq; nefanda patrarint.  
 Omne hominū genus est monitis accredere durū.  
 Sed cum iudicium iam tandem uenerit orbis,  
 Censebitq; pios homines Deus ipse, malosq;  
 Atq; malos rursum tenebras detrudet ad imas:  
 Tum demum noscent quām flagitiosa patrarint.  
 Terra pijs autem nutrix habitanda manebit,  
 Dante Deo flatum, uitam, uiciumq;. sed hæc sunt  
 In decimo penitus seculo omnia perficienda.  
 Nunc autem à primo seculo uentura recludam.

<sup>2</sup> Principiò Assyrii mortalib. imperitabunt  
 Omnibus, etatesq; tenebunt imperio sex,  
 Ex quo cœlestis ſæuas ob numinis iras,  
 Terras atq; homines omnes, urbesq;, profundū  
 Obruit æquor aquis, ex eluione redundans.  
 Quos Medi tollent tumidi, ſolumq; tenebunt,  
 Bina quibus tantum procedent ſecula rerum.  
 Nox erit in medio ſpacio tenebrosa diei,  
 Aſtraq; deficient cœlos, & luna globosa,  
 Et tellus magni motus concuſſa tremore  
 Vrbes euertet multas, hominumq; labores,  
 Emergentq; maris fundo tunc insulæ ab imo.

Euphra

Assyriorum  
imperium.

Medorum.

Euphrates sed cum manabit sanguine magnus,  
 Tum Medi & Persæ belli certamine duro      Persarum.  
 Confligent, & ibi Persis uincitibus hastis  
 Diffugient Medi Tigris trans alta fluenta.  
 Fiet & in mundo Persarum summa potestas,  
 Aetas una quibus posita est sine principe felix.  
 Existent & quas homines odere, male res,  
 Confliclus, cædesq; fugæq; & seditiones,  
 Exciseq; dabunt arces urbesq; ruinas,  
 Græcia cum planū tranabit ad Hellefponsum,  
 Et tristis Asiæ fastu seret horrida clades.  
 Deinde per Aegyptum glebosam, frugiferamq; ,      Aegypti fa-  
 Frugum inimica fames totis grassabitur annis      mcs.  
 Viginti: cum nescio quò subter sola terræ  
 Nilus aristarum pater abdet nigra fluenta.  
 In Græcos autem ducet rex magnus in armis      Xerxes.  
 Ex Afsta innumeræ naues, solusq; liquentes  
 Per fluctus pedibus, per terras nauibus ibit.  
 Quem bello profugum accipiet mi'erabilis Asis: ,  
 Siciliam uero miserandam, funditus omnem      In Siciliam.  
 Igneus exuret torrēs, immanibus Aetnæ  
 Euomitus flammis, & maxima corruet altis  
 Fluctibus absorpta urbs. aget et discordia Græ-  
 Atq; inter se bellis immane furentes      (cos,  
 Multas excident urbes, multosq; necabunt,  
 Cum tamen inter eos ancepit uictoria ludet.  
 Sed cum procedet decimum mortalibus æuum,  
 Tum Persæ seruile iugumq; metumq; subibunt.  
 Porro

Porro autē sceptrū Macedo cum uictor habebit,  
 Alexander: Thebis adueniet tandem expugnatio tristis,  
 Inq; Tyro degent Cares , Tyriq; peribunt.  
 Totaq; littoreis Samus obducetur arenis.  
 At Delus, non iam Delus, delebitur omnis.  
 Et Babylon ingens uisu, certamine parua,  
 Mœnibus ab nimium fidens, spes pascet inanes.  
 Bactra colet Macedo: qui uero Bactra tenebunt,  
 Et Susas, fugient in Græcos protinus omnes.

\* liquida cum Pyramus unda  
 Ad sacram littus profundens insulam adibit.  
 Concidet & Sybaris, & Cyzicus, oppida quando  
 Labentur magno terra seruente tremore.  
 Et Rhodijs clades ueniet postrema, sed ingens.  
 Nec semper Macedo dominabitur, occiduumq;  
 Italiae impe-  
 gnum.  
 Surget ab Italia bellum, cui subditus orbis  
 Subdet colla, iugis Italij seruire coactus,  
 Procumbentq; tuæ Carthago funditus arces.  
 Teq; olim motus, infelix Laodicea,  
 Pronam consternet, rursumq; reponet in urbem.  
 Tu quoq; te captam miseranda Corinthe uidebis.  
 O Lybiæ pingues agri, te terra tremiscens  
 Pronam sparget humi, cupiesq; agitata cadendo  
 Quærere diuersas fugiens, uelut aduena, terrâ.  
 Armenia & tibi uis instat seruila ab ipsa  
 Italia, magnam quæ numinis eruet ædem.  
 Sed cum stultitia freti, pietate repulsa,  
 Infandas facient cædes w̄giv̄w̄p

Tunc

## ORACVL A.

61

Tunc ex Italia rex tanquam transfuga, magnus, Nero.  
 Perditus, Euphratis fugiet trans perfidus annem,  
 Cum scelus infandum patravit, matre necata:  
 Multaq; præterea, manibus confisus iniquis.  
 Et circum sacrum Romanum sanguine multi  
 Fœdabunt terram, patrios cum fuderit ille  
 Trans fines. Syriam uero Romanus adibit  
 Bellator, qui cum delubra cremauerit igni,  
 Imbuat horrendam multorum cædibus hastam,  
 Et Iudeorum latos populabitur agros.

Vespasianus.

Tunc idem motus perdet Salamina, Paphūq;  
 Cum circumfusa Cyprus turbabitur unda.  
 Flamma sed Italico postquam succensa furore,  
 In cœlum magno torrens ardore feretur,  
 Exuretq; urbes multas, hominesq; necabit,  
 Aetheraq; implebit fuligo multa, cinisq;  
 Et minio similes guttæ labentur ab alto,  
 Tunc noscenda uenit cœlestis numinis ira,  
 Immeritum quoniam genus occidere piorum.  
 Tunc et in occasum uenient certamina belli  
 Surgentis, profugusq; vibrata magnus in hasta  
 Romanus multis traecto Euphrate cateruis.  
 Infoelix iam non urbem te Antiochia uocabunt,  
 Stultitiam propter Italis labere sub hastis.  
 Et Scyrum perdet tunc pestis, et aspera pugna.  
 Heu Cypræ infoelix, te tempestatibus actam  
 Iactabit ualidis uastii maris unda procellis.  
 Ast Asia ueniet permagna opulentia, quando

In his duobus  
uersibus diuersa  
nam.

Quæ

Quæ Tiberius congregavit, Nero prodegit.  
 Quæ sublata domo prædiuit Roma recondit,  
 Post alia inde quidem præstabit duplice summa-  
 git, At vastans urbes Mæandri ad fluminis undas,  
 Quæ sunt turrīæ per pulchræ depopulabit  
 Dira fames, fluctus atros Mæander ut abdet.  
 Verum quando fidem impietas humana sugarit,  
 Audaceſq; homines, uitam uiuendo scelestam,  
 Improba crudeles facient, infandaq; multa:  
 Nec modo iustorum rationem nullus habebit,  
 Sed perdent omnes uespera mente furentes,  
 Leti flagitijs, manuumq; cruento madentes:  
 Tunc non iam latus cuiquā Deus esse putetur,  
 Sed genus humanum cunctum disperdere magno  
 Admonitio dureſcens. ab uos respicite ſtulti  
 ad homines.  
 Mortales, magnumq; Deum irritare cauete,  
 Ponite ſed gladios, gemitus, cædesq; nefasq;  
 Et totum fluuiο corpus mersate perenni.  
 Tum manibus paſſis ad ſidera, præteritorum  
 Pofcite factorum ueniam, ſanateq; faciliſ  
 Impia facta pijs: nam ſic Deus ipſe uiciſſim  
 Conſilium uertet, neq; uos excindet, & iram  
 Sedabit rurſum, ſi uos modo mente coletis,  
 Qua nil gratius eſt illi, pietatis amorem.  
 Sin autem mihi non credetis, & impietate  
 Capti, cuncta malis hæc auribus accipietis,  
 Igni flagrabit mundus, ſignumq; dabunt hæc:  
 Enses atq; tubæ ſimul, & sole exoriente  
 Terribilem ſonitum, mugitumq; audiet omnis

Mundus, & exuret terram omnē torridus ignis.  
 Hinc genus humanū postquā delerit, & omnes  
 Vrbes & fluvios exusserit, atq; profundum,  
 Omnia fient hæc mixtus fuligine puluis.  
 Omnia sed postquā in cineres collapsa iacebūt,  
 Et Deus obruerit tantum qui accenderat ignem,  
 Ossaq; cum cinere: orbem tunc iterum Deus ipse  
 Qui uero impietate \*

Peccarint, iterum iniecta tellure tegentur.  
 Contra iterum in terris uiuent pietatis amici,  
 Ipfis dante Deo flatum, uitamq;, cibumq;,  
 Seq; pijs omnes multum debere putabunt.  
 O nimium felix, ueniet qui tempus ad illud.

## LIBER QVINTVS.



Vnc dicenda mihi lugubria tem-  
 pora, fama  
 Clara Latinorum, qui post tellure  
 reposost.

Aegypti reges, habituros proxi-  
 ma regna,

Post ciuem Pelles, oriens cui paruit omnis,

Alexander.

Dives & occasus domitori, quemq; Philippo

Restituit Babylon, demonstravitq; putatum

Ammonis falsa Iouis ortum semine fama:

Assaraci existent de stirpe & sanguine creti,

Roman.

Author erit quorum qui Troiæ diffidit ignes.

Aeneas.

Post reges autem multos, & bellipotentes,

Postq;

Romulus &  
Remus.  
I. Cæsar.  
Julius.

Augustus.

Antonius.  
Cleopatra;

Tiberius.

Gaius.

Nero.

Calba, Otho.  
Vitellius.

Postq; seræ geminos capras comedentis, ouesq;  
Primus erit regum, cuius capitalis habebit  
Litera bis decies, poterit qui plurima bello,  
Et numeri formam primam denarij habebit.  
Proximus huc princeps sequitur, quæ litera signat  
Prima elementorum, horrebit quæ Thracia terra,  
Et Sicula, et Memphis: Memphis cui causa ruine  
Culpa ducum fuit, & mulier seruire rebellis,  
Per fluctus elapsa, feret quoq; gentibus ille  
Leges, & subiget cuncta. & post tempore longo  
Imperium tradet cuidam, cui prima ualebit  
Litera tercentum, qui charum nomen habebit  
Fluminis, & Persas, Babylonemq; aggredietur,  
Et tandem rigida percellet cuspide Medos.  
Deinde nota trini numeri sortitus habebit  
Imperium  
ες θένα ὁ ἐπειτ' ἀρχει περέλυτον τρόπον  
τοσετ' ἀναξ, νείνος οὐ βασιταῖον τονεανοίο  
ἴξετ' οὐλωρες αὔτωνιντονούλου αἴξας.  
Quæ uero dominū nota quinquagesima signat,  
Dirus erit serpēs, spirans lachrymabile bellum,  
Distentasq; manus perdet suæ originis olim,  
Cunctasq; turbabit certans, plebemq; trucidans,  
Et permulta patrans, bifidas & diuidet undas,  
Et percellet Atho. sed funditus interimetur:  
Deinde reuertetur, se seq; Deo æquiparabit.  
Sed non esse deum tandem Deus arguet ipse.  
Post quem tres reges à se se alterna peribunt.

Hinc

Hinc ueniet quidam magnus, cæsorq; malorum, Vespasianus.

Quem nota perspicue decies septena docebit.

Filius ast huius, nota quem tricesima monstrat, Titus.

Auferet imperium: post quem fatale tenebit

Imperiū, numeri quem quarti littera signat. (bit.) Domitianus.

Hinc quinquagenū numerū uir honestus habe. Nerua.

Quem sequitur, cui dat nota tricenaria nomen, Trajanus.

Gallus montuagus, properas orientis ad arma.

Triste nec effugiet fatum, fessusq; lacensq;

Mortuus externa tectus tellure premetur,

Floris de uento uocitati nomen habente.

Post hunc argento galeatus, nomine ponti

Adrianus.

Dictus, regnabit: uir is optimus, omnia noscet.

Atq; hæc, cæruleis sub te insignite capillis

Optime, subq; tuis excellentissime ramis

Omnia tempora erūt. tres rerū summa tenebūt,

Omnibus at tandem potietur tertius ille.

Torqueor infelix, dum tristia fata recordor

Iſidi amica ego, que diuina oracula pando.

Principio circum imat uæ lachrymabilis ædis

Mænades augebunt: atq; in manibus sceleratis \*

Vna dies ueniet cum tota feretur in arua

Ad sex atq; decem cubitos Aegyptia Nilus,

Abluat ut terram omnem, mortalesq; rigentur,

Et decor, ex terræ facies speciosasilebit. (bis:

Memphi uicē Aegypti multū lachrymosa dole- In Mem-

Nam prius imperio terræ dominata potente

phini.

Fies uilis, uti de cœlo clamet & ipse

E Fulmineus

Fulmineus magna uoce: ô fortissima Memphi,  
 Olim mortales inter celebrata superbe,  
 Infortunata ærumnosaq; flebis , ut alta  
 Immortale Dei cognoscas numen in æthra.  
 Fastus ubi tuus est, homines tumidis simus inter:  
 In natos etenim quoniam diuinitus unclos  
 Es bacchata meos, iustisq; immitis inique  
 Vsa , bonisq; uiris : ideo pro talibus ausis  
 Talis habenda tibi uestis, poenæq; luendæ.  
 Iam tibi non inter sedes erit ulla beatos.  
 Ex astris es lapsa, nefas tibi scandere cœlum.  
 Hactenus Aegypto Deus hæc me dicere iussit  
 Tempus ad extremū, quo g̃s humana futura est  
 Peſſima, ſed durantq; maliq; malū opperiuuntur,  
 Iram immortalis cœleſtis & altitonantis,  
 Proq; Deo lapides & ficta animalia multa  
 Religione colunt, trepidi, diuersa q;: quorum  
 Non ullus sermo, mens nulla, auditio nulla eſt.  
 Singula nec mihi fas uerbis simulachrare ferre  
 Mortali fabricata manu. quos namq; creauit  
 Humanæq; manus labor, ac industria mentis,  
 Accepere deos, ſtulti, ſaxo' ue, uel auro,  
 Aere, uel argento factos, ligno' ue dolatos,  
 Exanimos, ſurdos, conflatos ignis in æſtu  
 Fecerunt illis fruſtra \*  
 Opprimitur Thmuis et Xouis: consiliumq;  
 Herculis atq; Iouis frangetur, Mercurijq;  
 Te quoq; Alexandria altrix celebris \* Non

Non capiet bellum non \*

\* Quæ fecisti ante superbe

Diu tacitura eris & reditus tempus

\* Nec tibi iam suavis potus fluet

\*

\*

\* Vastabitq; tuam terram uir pessimus omnem,

Sanguineq; inficiet, diris & cædibus aras,

Barbarus, immanis, rabie demente tremendus,

Ingētesq; tuæ structurus stragis aceruos.

Tunc eris urbs olim felix, tunc plena laborum,

Plorabitq; tuis Asia omnis compta uenustis

Turpe caput donis, ad terram prona cadendo,

Cui uero Persæ contingent, bellum mouebit

Aegypto, occisisq; uiris prædabitur omnem

Victum, et rex Cissis missus diuinitus illi,

Vt sic tertia pars maneat mortalibus ægris.

Ipse ex occasu saltu ueloce uolabit,

Terram desolans & vastans funditus omnem.

Sed cum terribilis multum dirusq; ualebit,

Iamq; beatorum ueniet populetur ut urbem,

Rex quidam fortis missus diuinitus illo

Omnes excindet magnos regesq; uirosq;;

Sic hominum finis existet deinde perennis.

Heu misero tibi cor, quid me narrare lacefisi

Aegypti miserum multo sub principe fatum?

I genus ad stultum Persarum solis ad ortus,

**I**llis declara, quid nam sit deinde futurum.

Diluuiū immittent Euphratis fluminis undæ,  
 Et Persas perdent, & Iberos, & Babylonias,  
 Massagetasq; armis claros, atq; arcub. omnes.  
 Tota Asia igne ardens æquor stillabit adusq;  
 Pergamus insignis quondam, succisa peribit.  
 Desertamq; homines Pitane, uastaniq; uidebūt.  
 Lesbos tota petet fundum, penitusq; peribit.  
 Smyrnaq; per præceps prolabens flebit: et olim  
 Quæ fuit insignis fama, celebrisq; peribit.  
 Bithynij patriæ flebunt incendia terræ,  
 Et Syriæ magnæ, Phœnicesq; arbore crebra.  
 Eheu te Lyciam, tibi quot molitur acerba  
 Omnibus in miseram terram uidentibus ultro,  
 Ut float ob motum tristem, latices & amaros  
 Expers unguenti Lycia, id quod oleuerat olim.  
 Et Phrygiā grauis ira manet, conflante dolore.  
 Propter quem Iouis iuit eò Rhea, māsit & illic.  
 Barbara gens ab eo Pontus, Tauriq; peribunt,  
 Et Lapithas ad humum prostratos dispoliabit.  
 Theſſalicos fines undosum flumen, & altum,  
 Peneus perdet, auens homines auellere terræ.  
 Eridanus formas dicens generare ferarum.  
 Græcos uexabunt, miseros bisterq; poetæ,  
 Nerc. Quando ex Italia processum ruperit Isthmi  
 Magnæ rex magnus Romæ, similisq; deo uir,  
 Iuppiter (ut perhibent) quē de Iunone creauit,  
 Mellea qui dulci modulamine carmina fundens

Per

Per cœtus, perdet multos, miseramq; parentem,  
 Aufugiet † Babylone malus rex, horribilisq; id est Roma.  
 Quem male mortales omnes odere, boniq;,  
 Cum tot ob occisos, tum cæsa matre scelestum,  
 Coniugibusq; parum fidum, paruisq; creatum.  
 Et Medos autem reges, Persas & adibit,  
 Quos primos cupijt, decus & quis conciliauit,  
 Inuisæ genti mala commentando per illos.  
 Sustulit et templum diuinitus ædificatum,  
 Et ciues igni miseros combusserit, eoq;  
 Scandentes populos, quos iuste concelebrauit.  
 Hoc etenim tremuit rerum natura creato,  
 Et reges periere, potestas mansit in illis.  
 Perdiderunt magnaq; urbē, populūq; bonorum.  
 Sed cum astrum statu magnū lucebit in anno,  
 Quod solū perdet terrā omnē propter honorē  
 Ipsi Neptuno primum posuere marino,  
 De cœlo ueniet sidus magnum in mare magnū,  
 Altumq; exuret pontum, atq; ipsam Babylonem  
 Italiæ terram, per quam periere frequentes      In Romam.  
 Sancti Hebreorum fidi, delubraq; uera.  
 Sed tamen & duros patiere scelestā labores,  
 Præmia digna tuis factis, desertaq; in omne  
 Tempus eris, tempus deserta manebis in omne,  
 Osa solum proprium, quia delectata ueneno es.  
 Mater adulterij, marium tetricima nutrix  
 Cœcubitus: urbs mollis, iniqua, scelestā, nefanda.  
 Eheu urbs terræ prorsum impurata Latinæ,

Mænas uiperea, ad ripas uiduata sedebis,  
 Teq; suā uxorem Tiberis lachrymabitur annis.  
 Impius est animus tuus & cor cæde cruentum.  
 Nescis quid possit Deus, & quid cogitet: atq;  
 Sola(inquis) ego sum, non sum superabilis ulli:  
 Nunc Deus æternus disperdet teq;, tuosq;;  
 Nec super ulla tui in terris monimēta manebūt,  
 Ut quōdā, magnus tibi cū Deus auxit honores.  
 Sola scelestā mane, & flagrātibus indita flāmis  
 Tartāreas habita sedes inamabilis Orci.

Nunc Aegypte tuos iterū deploro dolores.

In Mem- Memphi laborū autor σετανθοθείον τέροντος  
 phum.

In te pyramides audaci uoce loquentur  
 Python urbs olim geminæ urbis condita iure,  
 Tempus in omne sile, ut finem des improbitatis.  
 Triste scelus, mænas lugubris, fœta dolore,  
 Anxificis fletura malis, uidua omne per æuum,  
 Annosa effecta es mundum tu sola gubernans.  
 Verum quando super fōrdenti uestiet album  
 Barce uestitum, nolim tum nata fuisse.

In Theben. Thebe quid facta est tua tanta potentia? dirus  
 Perdet homo populum: tu pullo induita colore  
 Lugebis sola infelix, & præmia digna  
 Accipies factis, quæcunq; scelestā patra sti.  
 Cernenturq; tui planctus, ignara pudoris.  
 Syenen perdet uir magnus: uiq; subacta  
 Teucharis Aethiopum nigris habitabitur Indis.  
 O Lybie fletura, quis enarret tua damna?  
 Quis

*Quis te autē Cirene hominum miserabile flebit?  
Non unquam deerit tristis tibi perdita luctus.*

*In Gallis auro locupletibus, atq; Britannis, In Gallia  
Oceanus multo resonabit sanguine plenus:  
Quippe Dei natis ipsi quoq; damna tulerunt,  
Tum cum Sidonijs rex Phœnix Gallica multa  
Agmina de Syria deduxit, teq; peremis.  
Ipsa Rauennaq; ad cædem dux extitit. \**

*Præstantes animi Aethiopes, Indiq; pauete, In Aethio-  
Cū perstringet enim capricornu circulus axis, pes & Indos;  
Taurus & in geminis medio uertetur olympos,  
Et uirgo ascendens, & zone tectus amictu  
Sol frontem ductor totū peragrabit olympum,  
Ardore ingenti flagrabit ab æthere tellus,  
Astrorumq; nouum certamen surget, ut omnis  
India & Aethiopum tellus confidat in ignes.*

*Tu quoq; deploра tua tristia fata Corinthe: In Corin-  
Nam cum tergeminæ uoluendo stamine Parcae thum.  
Nentes deducent fallaciter ausgientem,  
Ad sortes Isthmi sublimem, dum uideatur  
Omnibus is, ferro qui rupem ruperit olim,  
Vastabitq; tuas latc fataliter oras:  
Nam Deus huic uni uires dedit efficiendi,  
Quæ potuit regū cunctorū nemo priorū. (Jns,  
τριώτα μέρη ἐν τρισῶν οὐφελῶν σωδῷ πληγάσῃ πί-  
γονόμενος μηγάλως ἐτέροις διώσει σπάσαθαι,  
Regis ut infandi comedātur membra parentum.  
Nāq; manent cūctos homines cædesq; metusq;;*

Propter magnā urbē, et populū uirtutis alumnū,  
 Prouida quem semper durantem cura tuetur.  
 Inconstans, peruerse, malis circundate fatis,  
 Principiumq; mali, mortalibus exitus ingens,  
 Quem natura malis fatis infensa creauit:  
 Triste nefas, dirum, monstrū mortalibus ingens:  
 Quis tibi quis bene uult? quis nō irascitur intus?  
 In te quis uitam amisit rex præcipitatus:  
 Omnia turbasti misere, sentina malorum,  
 Et per te pulchri nutauit machina mundi,  
 In lites nostras, hæc mobilis obijce forsan.  
 Quo pactio dicas tibi persuadebo? quod in te  
 Si quid reprehendo, dico. solis iubar inter  
 Mortales olim clarum fuit, irradiante  
 Lumine concordi uatum: totiq; suauem  
 Humano generi diffundens lingua liquorem  
 Exitit, & pergebat, & omnibus orta dies est.  
 Ergo summorum uilissime causa malorum,  
 Aduenient illis gladius, luclusq; diebus,  
 Principiumq; mali mortalibus exitus ingens,  
 Quem natura malis fatis uitiata creauit.  
 Tristem audi famam, pestis mortalibus atrox.  
 Verū cum bellis iam Persica terra carebit,  
 Et peste & gemitu: tunc illo tempore uiuet  
 Iudæūm dium genus, & cœleste, beatum,  
 Qui terræ medijs habitabunt finibus urbem  
 Diuinam, & magnis ambibunt mortibus usq;  
 Ad ioppen, celsas tangentes culmine nubes.

Non

Hic diuina-  
ui.

Non iam terribili sonitu tuba bella ciebit,  
 Non hostes manibus furiosis interimentur,  
 Sed statuet mundo præclara trophyæ malorum.  
 Existetq; olim quidam uir ab æthere præstans,  
 Cuius frugis era distendit in arbore palmas  
 Optimus Hebræus, licuit cui sistere solem,      Iosua.  
 Clamando pulchris uerbis, castisq; labellis.

Desine iam mentē cruciare, & pectora curis,      Ad Iudæam.  
 Diuina genus, summe locuples, optate Deo flos,  
 Lux bona, delubrum uenerabile, germē amœnū,  
 Vrbs elegans, Iudæa uenusta, & laudibus alma.  
 Persica nō deinceps Græcus bacchabitur arua,  
 Impurus, diram qui fert in pectore mentem.  
 Sed nati multum decorabunt egregij te,  
 Et modulata sacris dicent tibi carmina linguis,  
 Omnipotensq; Deo sacris, precibusq; litabunt.  
 Ex paruisq; malis quicunq; tulere labores,  
 Multo plura malis iusti bona læta tenebunt.  
 At mali, in æthera qui linguam iecere scelestam,  
 Dediscent inter se maledicta referre,  
 Seq; abdent, donec fiat mutatio mundi.  
 Igneus existet uero de nubibus imber,  
 Nec tā homines pulchras carpēt telluris aristas:  
 Nec satio prorsum fiet, nec aratio, donec  
 Norint mortales numen quod cuncta gubernat,  
 Aeternum, neq; iam morti subiecta colantur,  
 Aut canis, aut uultur. quoru[m] mostrauit honores  
 Oribus Aegyptus stultis, fatuisq; labellis.

Sancta sed Hebreis erit, et feret omnia tellus,  
Et dorupe fluent latices, linguaq; suaves,  
Omnibus et iustis lac immortale scatent.

Quippe quibus genitore Deo, praestanteq; solo  
Fretis magna fuit cordi, pietasq; fidesq;.

Verum quid tandem sapiens mihi suggerit haec

In Asia. Te te Asia infelix tristi deploro querela, (mens:  
Ionumq; genus, Carumq; auroq; scatentum  
Lydorū, heu Sardis, heu multū Trallis amoenā:  
Eheu Laodicea, urbs pulchra: peribitis ergo  
Motibus eversæ terræ, puluisq; redactæ.  
ασία τῇ θνοφερῇ λυθῶν τε πολυχρύσων.

Ast Ephesi strucrum Dianæ nomine fanum,

In Ephesi fa- Motibus et uasto subter mare fidet hiatu,  
nium. Praecepit, ut naues rumpunt si quando procellæ.  
At lachrymas Ephesus recubas ad littora fundet  
Et q; erit nusquam templum gemebuda requiret.  
Tum Deus indignus æternus, in æthere degens,  
Fulmine præcipites sceleratos desuper uret.  
Proq; hyemis glacie fiet tunc temporis æstas,  
Tunc homines placida tandem requiete fruentur.  
Nam pater omnipotens sceleratos eruet omnes,  
Fulgureq; et tonitru, flagranteq; fulmine diras  
Exercens iras, et delens flagitosos,  
Terraq; defunctos plures ostendet arenis. (gum  
Nā ueniet quoq; Smyrna, suum plorando Lycur  
Ad portas Ephesi, porro magis ipsa peribit.

Cuma autē demens cū tactis numine lymphis,

In

In manib. diuum, scelerorumq; uirorū( ceps,  
Deiecta, haud tantū saltabit in æthera dein-  
Verum in Cumæis remanebit mortua lymphis.  
Tunc aduersa simul degentes perpetientur,  
*εἰδήσον σοι μεῖον ἔχων αὐθὲν εὑρόντες.*

Nā genus inuisum Cumanū, gēs q; proterua est.  
Hinc postquā in cineres fuerit mala terra reda-  
Lesbus in Eridanū per secula tota peribit. ( Ita, Lesbus.  
Eheu te Corchera uenusta urbs, desine luxum. Corchera.  
Solaq; diuitijs Hiera ô spaciofa potita, Hiera.  
Sede quidem multi luctus potiere cupita,  
Complanata iacens ad flumina Thermodontis.

Petrosa et Tripolis Mæadri ad fluminis amnē, Tripolis.  
Nocturnis undis repleta in littoris ora,  
Omnino perdet diuinum consilium te.  
Ne me uicinam Phœbi uastare uolentent  
Terram \*

Miletum mollem delebit fulmen ab alto, Miletus.  
Accepit quoniam Phœbi fallacia dicta,  
Consiliumq; uirūm prudens, curamq; sagacem.

Parce ô omniparens teneræ terræ, atq; feraci,  
Iudeæ magnæ, tua quo decreta feramus. In Iudeam.

Hanc etenim primā nouit per munera numen,  
Vt uideant omnes diuino munere primam  
Mortales hanc esse, Deo præcellere dante.

Infelix aueo spectare negocia Thracum, In Thracas.  
Et murum bimarem per pulueris aera plenum,  
Fluminis in morem piscoso gurgite ferri.

Helle-

- Hellepons-  
tus.  
In Macedo-  
nas.
- In Italiam,
- Nero.
- Hellesponte cheu, uastabunt Assyrii te,  
Pugnaq; teq; tuasq; euertet Thracia uires.  
Rexq; Macedonios Aegypti depopulabit.  
Robur & imperij peruertet barbara pubes.  
In Pisidis Lydi, Galatæ, Pamphylij, omni  
Cum populo armati, certamen triste tenebunt.  
Italia infelix, deserta, infleta manebis,  
In terra uiridi, in saltum syluamq; redacta.  
égoi d' éibégos óvpaevos évpos vwoq; bsp  
Diuinam uocem ritu exaudire tonitrus.  
Iam non existent flammantia lumina solis,  
Lumine nec claro splendebit luna deinceps,  
Cum Deus extremo regnabit tempore: uerunt  
Omnia per terras caligo nigra tenebit,  
Atq; homines cæci, plangorq; furorq; ferarum  
Tempore erit longo tunc, cognoscatur ut ipse  
Rex Deus, omnia qui cœlo speculatur ab alto.  
Nec uero tunc ipse suos miserabitur hostes,  
Agnoruq; ouiumq; greges, uitulos & opimos  
Maciantes, uitulos magnos, & cornibus aureis,  
Exanimis rebus, diuisq; ex marmore factis.  
Quod fas est, iustisq; placet, sapientia habet or,  
Ne Deus æternus succensens deleat olim  
Omne genus, uitâq; hominū, stirpemq; nefandā.  
Aeternus genitor, sapiens Deus usq; colatur.  
Sub lunæ finem postremo tempore bellum  
Ingruet insanum, fallax, ac insidiosum.  
Matris & occisor quidam de finibus orbis,

Vir

Virfugiens ueniet, spirans immane, fremensq;  
 Omnes qui terras uastabit, & omnia uincet,  
 Ante hominesq; omnes prudenter cuncta uidebit,  
 Propter quā periretq; & protinus auferet ipsam.  
 Et multos homines perdet, magnosq; tyrannos,  
 Exuretq; omnes, aliis faciebat ut olim.  
 Rursus & attollet collapsos æmulus idem.  
 Ast ex occasu nascentur plurima bella,  
 Per tumulosq; cruor rapidos manabit ad amnes.  
 Atq; Macedoniæ stillabit bilis in aruis  
 Auxilium occasus querens, regiq; ruinam.  
 Tunc tempestatum perflabunt flamina terram,  
 Infaustoq; solum bello replebitur eius,  
 Inq; homines ignis de cœli depluet oris.  
 Ignis, sanguis, aquæ fulmen, nox ætheris atræ,  
 Et belli clades, atq; in caligine cædes.  
 Et reges omnes perdet simul, eximiosq; .  
 Sic belli exitium capiet miserabile finem.  
 Nec quisquam gladijs aut ferro belligerabit  
 Post ea: nec telis, quæ deinceps esse nefas est.  
 Sed sapiens populus gaudebit pace superstes,  
 Aduersa expertus, letis ut deinde fruatur.  
 Matrum cæsores, animos cohibete feroce,  
 Audacesq; manus, qui fœdos instituistis  
 Concubitus olim puerorum: prostibulisq; ,  
 Quæ fuerant castæ, meretrices prostituistis,  
 Flagitijs uictas, & fœde sollicitatas.  
 In te nam mater nato commixta scelestè est,

Concu-

z  
Ad Romanos

Concubuitq; suo genitori filia sponsa.  
 In te etiam miserum reges os commacularunt,  
 In te homines pecudum coitū inuenere nefandi.  
 Deplorata sile, scelerata, urbs luxuriosa.  
 Non iam perpetuo seruat as fomite flammas  
 Virgineae inuenient in te, diasq; puellæ.  
 Extincta est isthic ædes per amabilis olim,  
 Tum cum præcipitem flama superante secundā  
 Vidi labentem manibus crudelibus ædem,  
 Aedein perpetuò florentem: numine templum  
 Augustum, à sanctis structum, semperq; futurū,  
 Ipsius ex animo speratum, & corpore. quippe  
 Numen ab obscura terra non segniter ornat.  
 Nec lapides apud hos opifex fabricauit acutus,  
 Nec saxum mundi cultum est errore, uel aurū.  
 Sed magnum patrē cunctorū, quos Deus afflat,  
 Sacrificando Deum coluere, sacrisq; litando.

At nunc quidam rex ignobilis atq; scelestus,  
 Præstantum numero magno comitante uirorū  
 Venit, & hāc prostrauit, inextinctāq; reliquit.  
 Κύρος δὲ ὁ λεπτὸς ἀνὴρ ἀθανάτερος εὐβὰς γίνεται.  
 Necdum tale fuit signum mortalibus ullum,  
 Ut magnam urbem alij uideantur diripiisse.  
 Venit enim cœli uir ab alta sede beatus,  
 In manibus gestans diuino munere sceptrum,  
 Omnes qui pulchre uicit, retulitq; bonorum  
 Diuitias ipsis, quas diripuere priores.  
 Aq; solo cunctas urbes multo eruit igni,

Et

Et dedit in flamas populos hominū ante malo-  
Præcipueq; Deo dilectam reddidit urbem(rum.  
Et sole & stellis & luna splendidiorem.

Ilic ornatum posuit. tum condidit alnum  
Corporeum pulchrū templū, turrimq; sub auras  
Multis in stadijs magnā produxit, & amplā,  
Ipsas tangentem nubes, cunctisq; uidendam:  
Omnes ut iusti uideant, omnesq; fideles,  
Splendorem æterni, spectacula dulcia, patris.

Ortusq; occasusq; Dei celebrauit honores.  
Nō etenim deinceps mala sunt mortalib. ægris.  
Furtū ue coniugij, in pueros ue probrosa libido:  
Aut cædes, turbæ ue: sed est lis omnibus æqua.  
Ultima sanctorū sunt tēpora: namq; ea condit  
Altitonans, opifex templi super omnia magni.

Eheu te Babylon soliū aurea, & aurea plātas,

In Babylō-  
nem.

Annosa ô regina, orbem quæ sola gubernas,

Vrbs olim magna, et celebris, nō amplius aureis  
Mōtibus, Euphratis liquidas residebis ad undas:

Tempore sternēris motus, ut cuncta domares,

Parthi fecerunt acres.os comprime fœda

Gens Chaldaeorum: ne cura, ne ue rogato,

Quo pacto Persasq; reges, Medosq; domabis.

Ἐπεναγάρ της σὺς ἀρχῆς οὐστέσχερ διηρεῖ,

Ἐτις ἐώμενοι πολέμωνται, πάντες στοιβάδες θυγείους τασσοῦσιν,

τοιγάρτοι πάντη βασιλεῖς φρονέουσαί εἰς πρίσιν

ἀττικῶν οὔξεις, ὡρέεναι λύτρα ωνούθες.

Proq; malis uerbis pœnas dabis hostibus acres.

Porro

Porro siccus erit postremo tempore pontus.  
 Tum nec in Italianam uadent per cærula naues.  
 Tunc Asia illa ferax rerū, redigetur in undas.  
 Cretaq; cāpus erit: feret & mala tristia Cyprus.  
 Et Paphus ut sapiat, patietur tristia fata.  
 Et Salamina urbē magnā, mala tristia passam \*  
 Tunc erit infelix, sterilisq; in littore tellus.  
 Cypria non paucæ uastabunt arua locustæ.  
 Spectandoq; Tyrum mortales flebitis ægri.

Phœnices, grauis ira tibi est uectura ruinam,  
 Ut uerè plorent casum Sirenes acerbum.  
 At quinto seculo, cum clades desinet olim  
 Aegypti, reges cum miscebuntur iniqui,  
 Omnipotentiæ gentes Aegyptumq; aggredientur:  
 Inq; Macedonia, Lycijsq; , Asiaq; tumebit  
 Exitiale, & humum sparsurum sanguine bellum:  
 Quod Romæ reprimet rex, occiduiq; potentes.  
 Hinc postquā hybernis niuib. iā defluet aer,  
 Et fluuij ingentes, & maxima stagna rigescunt,  
 Protinus inuadet Asiae oras barbaræ turbas, (cas.  
 Et duros perdent, quasi sint sine robore, Thra-  
 Tunc homines moesti uescetur carne parentum,  
 Et tales epulas, fame sic urgente, uorabunt:  
 Prebebitq; feris mēsam domus omnis, & ipse,  
 Et uolucres passim mortales dilacerabunt,  
 Oceanusq; (malum) fluuiio sundente, rubebit  
 Sanguine stultorū, reuolutaq; corpora mergeret.  
 Sic demum parua tellus requiete fruetur, . vt

In Asia.

Vt numerusq; uirum, matronarumq; sciatur.

Innumerum uero flebit gens dura sub orbis  
Occidui finem, ne rursum ascendere possit,  
Oceani remanens ut persundatur ab undis.  
Nam multorū hominū uidit cōmissa nefanda.  
At magnum cœlum nox circunfusa tenebit,  
Obducetq; cauum nigror densissimus orbem.  
Rursum deinde bonis ostendet quā sit eundū  
Lux diuina uiris, qui laudauere Tonantem.

In occidentales.

Ifithea infelix Nili remanebis ad amnem  
Sola surēs mænas, permixta Acherōtis arenis:  
Fama nec ulla tui toto remancbit in orbe.  
Tuq; Serapi sedens in saxis multa dolebis,  
Magnaq; in Aegypto infelice ruina iacebis.

In Serapim-

Quiq; per Aegyptum studuere tibi, acriter om.  
Te flebūt: sed quis illæsa in pectore mēs est, (nes  
Noscent te nihil esse, Deum quicunq; celebrant.  
Dēq; sacerdotum numero quidam uir amictus  
Lino, Agedum (dicet) delubrum constituamus

Onias, Onie  
pontificis fi-  
lius. Ioseph.  
Ant. 13.

Formosum uerumq; Dei, prauosq; parentum  
Mutemus ritus, factios cretaq; petrisq;

Qui coluere deos, stulti, festisq; sacrisq;

Mutemus mentes: celebretur carmine nostro

Aeternus genitor, percuntis nescius æui,  
Rex uerus rerum cui summa potentia, semper  
Magnus, quiq; animas fecit, nutritor earum.

Tūc et in Aegypto templum uisetur & ingens,  
Et castū, quò sacra feret coniuncta Deo gens.

F Aeter-

## SIBYLLINA

Aeternamq; dabit Deus illis ducere uitam.  
 Sed cum desertis impura gente Tryballis  
 Aethiopes uirwo aiyuñ Tep elivte ñgoñ obae  
 Incipient cladem, quo fiant postera cuncta.  
 Nā templū tollent, q; magnū Aegyptus habebit.  
 In terras ī; Deus duram illis depluet iram,  
 Ut pereant cunctiq; mali, cunctiq; nefandi.  
 Nec penitus deinceps parcerit finibus illis,  
 Quod non seruauere, Deus quod tradidit ipfis.  
 Ipsa minas solis uidi splendentis in astris,  
 Nec non ex saeuas iras in fulgure lunæ.  
 Sidera parturiere, Deo certare sinente.  
 Nam longæ pugnam flammæ pro sole serebant.  
 Lucifer instabat pugnæ, urgens terga leonis.  
 Est etiam lunæ mutata ærumna bicornis.  
 Percussit iuuenis tauri neruum capricornus.  
 At redditum rapide capricorno taurus ademit.  
 Orionq; iugum summotum sede remouit.  
 Et uirgo gemino mutauit in ariete sortem:  
 Abdita pleias erat, zonamq; draco ipse negauit.  
 Pisces immersi cinctum subiere leonis.  
 Cancer non mansit, namq; Oriona timebat.  
 Scorpius in caudam subiit, præstante leone,  
 Elapsus canis est flammato solis ab igne,  
 Luciferi uires accedit aquarius acres.  
 Commotum cœlum pugnantes perculit ipsum,  
 Iratumq; ipsos in terras præcipitauit.  
 Sic uada ad Oceani deiecli protinus omnem

Terram

Terram incenderunt, mansit sine sidere cœlum.

## LIBER SEXTVS.



Eterni magnum natū cano per De Christo,  
clore ab imo,  
Cui solium genitor tribuit su-  
premus habendum,  
Non dū progenito, siquidem  
de corpore duplex

Exitit, est autem perlatus fluctibus annis  
Iordanis, glauco cuius pede uoluitur unda.

Exigne ex primo primus Deus, dōsē nāt̄ nōlud  
dōsē uāt̄ ymōp̄nōp̄ nēvnač̄ tōsēj̄yōsē wēsēns.

Flos autem purus florebit, cuncta serenans,  
Ostendetq; hominum generi callesq; utasq;  
Coelestes. omnes sapienti uoce docebit.

Iustitiam tradet, populū alliciendo uel hostem,  
Coelestis iactando genus laudabile patris.

Pacabit fluctus, à morbis eruet ægros:  
Vitam desuntis reddet, pelletq; dolores.

Et panis de fonte hominum satias erit uno,  
Cum domus effundet stirpem Davidica, cuius  
In manibus totus mundus, tellus, mare, cœlum.  
εγράθει ὁ εἰπ̄ γῆς οὐρωψ̄ πρώται φωνεύται  
εἰλεπ̄ αὐτ̄ ἀλλήλων τακευρέορ δίο τετυνθόνται.

Tempus erit, cum sbe tellus gaudebit alumni.

At solam Sodomæ tellus mala dira manent te.  
Namq; Dei, male sanata, tui te notio fugit,

F 2 Sensibus

In Hierosoli-  
mam.

*Sensibus humanis ludentis : nempe coronam.*

De spinis illi posuisti, iniuria maior  
Quo foret: & potum fudisti fellis amari.  
Ergo tibi strages ingentes spiritus edet.  
O lignum fœlix, in quo Deus ipse pependit.  
Nec te terra capit, sed cœli tecta uidebis,  
Cum renouata Dei facies ignita micabit.

EX LIBRO SE<sup>PTIMO.</sup>

Hæc confusa  
funt, quorum  
pars est in li-  
bro primo.



Rbes inter eris prima, & te pri-  
ma necabit  
Orba uiris, uerū non uictus ul-  
lius expers.  
Dele natabis tu, perq; undas mo-  
bilis ibis.

Cypré maris uero te uxoria diruet unda.  
Sicilia exuret te, qui in te exæstuat ignis.  
Nec uitare Dei terrorē inamabilis undæ.  
Noe quidem uenit fugiens ex omnibus unius.  
Nabit humus, nabūt montes, innabit et æther.  
Omnia fluctus erit, perdentur & omnia fluctu.  
Sed uenti ponent, atq; ætas altera surget.

In Phrygiā.

O Phrygia, in summas undas tu prima micabis,  
Prima Deum uero pulsa pietate negabis,  
Gratificans alijs simulachris perdita, quæte  
Perdent, infelix, multis uoluentibus annis.  
Aethiopes miseri, lugubria funera passi,  
Cædcentur

In Aethio-  
pes.

Cædēntur gladijs tremefacto corpore duris.

Aegyptū pinguem, quæ semper floret aristis, In Aegyptū.  
 Quam refluens ebriat septeno flumine Nilus,  
 Mutua ciuilis prædatio. deinde repente  
 Eijcent non diuum homines mortalibus Apim.

Eheu Laodicea, Deum neq; uideris unquam,  
 Et falsum dices audax, ναῦοι οὐδέ τε νῦν αὖνοιστε

Ipse Deus magnus genitus, qui sidera multa  
 Efficiet, mediumq; axem suspendet in æthra,  
 Ingentemq; metum statuet mortalibus, altam,  
 Vndiq; quā multo circumdabit igne, columnam,  
 Cuius sparso homines perdentur rore nocentes.  
 Nam communis erit rex olim tempus, ibi q;  
 Placabunt homines numen, neq; tristia damna  
 Sedabunt: quorum domus est Davidica causa.

Conciliavit enim solium Deus ipse, deditq;  
 Ipsi. sub pedibus uero Genij dormibunt,  
 Quiq; pyras monstrat, etiā q; flumina monstrat,  
 Quiq; urbes seruant, etiam qui flamina mittunt.  
 Sed multos homines inuadet uita molesta,  
 Insinuans animis, humanaq; pectora mutans.  
 Sed de stirpe nouū cū germe lumina soluet ( τίμη  
 τὴν οἰκίαν ἡν τοτὲ πάτερ τροφέας θέσθωντες  
 οὐδὲ τὰ μέν αὐτῷ χρέοντος ἐγου ταλέος αλλ' ὅταν  
 Cū gens Persarū regnabit bellipotentū, ( εἴλοι  
 Protinus existent, ob sponsarum improbitatem,

In fandi thalami nam natum mater habebit,  
 Inq; uicem natus peccabit coniuge matre.  
 Filia succubens patri (qui barbarie  
 Mos est) huic faciet somnos. sed posterus ipsis  
 Romanus mauors exurget cuspide multa,  
 Multamq; humano fœdabunt sanguine terram.  
 Tunc Italus fugiet bellator cuspide uictus,  
 Cælatumq; auro florem in tellure relinquunt.  
 ἐν τρομολυτα φερουται σημειον ανάγυνται.

Porro tempus erit, cum fatis tota sinistris  
 In Troianos. Ilias haud nuptū, sed cōbibet improba bustum.  
 Atq; ibi plorabunt nymphæ miserabile, quando  
 Non nouere Dcū, sed semper tympana pulsu-

In Colopho- Tangere, semp eis crepitacula plaudere cura est.  
 nein. Fata require tibi Colophō grauis imminet ignis.  
 In Theſſalia. Theſſalia in felix nymphis : non amplius aut te,  
 Aut cinerem cernet tellus. nam sola natabis  
 A terra fugiens, o ær umnoſa, relolta.  
 Et præbebis eis belli uilissima forden,  
 Et rapidis fluuijs, et duro diruta ferro. (tis

O miserāda Corinthe, grauis certamine mar  
 Circundaberis, et uos mutua uulnera perdent.  
 τῆς σὺ δὲ πλίνα λέγει μόνη, ἐν τε βέσωρ γάρ  
 αὐδίσθων χώρης εἰς ὀλύμπον φανίσε θίσσεται  
 ἀσυζήτη ποίητη φοινίκωρ ὅντες αὐδίσθωμ.  
 οἵς ἐπερευγομένης νεῖρου βάρη \* ταῖς ἄλμην  
 Non nosti miserandatum, quem proliuit olim  
 In Iordan Deum \*

ἐν τριταῖς οἰσι ναι ἐπὶ ταῖς τονεῦματοις.

**Qui prius** & terra fuit, & stellantibus oris, Christus.

Factus uoce patris princeps, & flamine sancto.

Corpus & indutus celer in patris euolat ædes.

At magnum cœlum tres turres condidit illi.

In quo nunc habitant genitrices numinis almæ,

Spes alacris, pietas dulcissima, religioq;

Non auro gaudens, non argento, sed honestis

Cultibus humanis, sacrisq; & pectore iusto.

Vt uero facias magno, aeternoq; Tonanti,

Augustoq; sacrum, non thuris in igne liquefcet Vera facia.

Nicatibi: nullus cultro macabitur agnus:

Sed consanguineo cœtu stipante tuorum,

Agrestes captas in cœlum lumina tendens

Mittes cū precib. uolucres: lymphæq; liquorem

Igni libabis puro, sic uoce locutus.

Qui te progenuit uerbū castis pater undis(cré).

Mitto pater, referat propere quæ uerba, uolu-

pxivov σὸν βόκωσιμα δι' οὐ τηρὸς ἐξεφανθεῖς.

Nec portam clades, si quis tibi uenerit hospes

Indigus, ut fame se defendas, pauperieq;

Sed caput illius sumpta conspergito lymphæ.

Terq; tuum uenerare Deum, sic uoce profatus.

Non amo diuitias, tenuisq; aliquando uiciissim

Accipi tenuem, pater accipe uota secundus.

ἐνεργείᾳ διώσει σει, απιγγάγει ἐν τοτε δὲ αἴρε

μηδέληψις με δεοντι πρὸς σέβεσ. ἐν δὲ δίναος

κυνόραδεον λατορπεροὶ γένναμενθέν \*

*Confirma miserum mihi cor pater, intueor te,  
Inuiolatum te quem non fecit manus ulla.*

In Sardo.

*Sardo nūc grauis, in cineres conuersa iacebis,  
Insula iam nec eris, decados cum uenerit æcum.  
Nautaq; te nusquam existentē quæret in iundis,  
Alcyonesq; tuum flebunt lachrymabile funus.*

In Mygdonien.

*Aſpera Mygdonie, ſpecula insuperata pro  
Omnem per ſeriem ſeclorū tota ſenescet, fundi,  
Perdita feruenti uento, lymphata dolore.*

In Galliam.

*Gallia, difficiles que montibus accolis alpes,  
Omnis arenarum cumulis operibere, nec iam  
Fruges, aut ſegetes paries, herbas ueſt: fed omni  
A' populo deserta, gelu glacieq; rigebis  
Aeternū, culpamq; lues quam perdita neſciſ.*

In Romam.

*Roma ferox animi, post fracta Macedonis arma  
Fulgure perstringes cœlum, fed te Deus omni  
Robore priuabit, cum firma uideberis eſſe  
In primis, at tunc tibi talia uociferabor.  
Perſpicuum periens olim clarumq; ſonabis.  
Plura quidem diſluratibi ſum Roma deinceps.*

*At nunc te Syria infelix miserabile ploro.  
Thebæ incōſultæ, uobis ſonus horridus inſtat  
Vocalis litui: uobis ſonitum tuba tristem  
Emittet, terramq; perire uidebitis omnem.  
Eheu infelix, eheu mare perfidiosum,  
Omne uorax ignis te perdet: tu ſale gentes.  
Tantus enim terris infaniet ignis, aquæ uis  
Quanta fluit, terram delebit funditus, uret  
Montes,*

Montes, siccabit fontes, fluuiosq; cremabit.  
 Mundus erit iam nō mundus, populiq; peribūt,  
 Heu miseri ardentes, et cœlum suspicentes,  
 Cœlum non astris rutilum, sed ab igne laborans.  
 At non perdentur subito: sed corpora sensim  
 Tabescunt, animi totos urentur in annos.  
 οἰεὶ θνατοῦ ἀνθρώποις τὸ μηρὸν εὐδίσκουσι.  
 ὅν τετράφυλον ἔτεντα. Βιαστέμενον δὲ ἄργειαῖαι  
 ὁντινα τοκυστατα θεορ εὐελέξειο βενούσι  
 θεολογειον, πεντεροπ δὲ δια οἰσθέπος αἰδηγα θενται.  
 In primis autem angentur, qui nomine lucri  
 Turpia prædicent, augentes tempus acerbum.  
 Hebrei sane sciderint cum tergus ouile,  
 Mendaces referent, quæ non sunt dicere iufi:  
 Verba quidem dantes, facientes lucra dolorum.  
 Qui mores uertent, nec iusti pellicientur,  
 Quiq; Deum planè sincero peccore placant.  
 Tertia sed cum sors uertentes duxerit annos,  
 Octauo primo mundus spetlabitur alter.  
 Nox incredibili caligine longa manebit.  
 Tunc exhalabit teterima sulphuris aura, (ptis.  
 Nuncia cladis: eis fame dehinc, et nocte perem-  
 Tunc hominū gignet puras in peccore mentes,  
 Restituetq; genus, sicut ut tibi tempore prisca.  
 Iam nullus sulcos curuo proscindet aratro:  
 Terra nec à bubus ferro scindetur acuto.  
 Nec spicæ, nec erunt sarmenta, sed omnibus una  
 Roscida mana simul mandetur dentibus albis.

F 5 Nec

Nec Deus absuerit illis, qui cuncta docebit,  
 Ut sceleratam me. nā quæ scelera ante patravi,  
 Prudens et studio peccandi perdita feci.  
 Mille mihi lecti, connubia nulla fuerunt.  
 Jureq; iurando quo suis periura ligauit.  
 Exclusi tenues, et per mollissima rura  
Quoslibet admisi, magni secura Tonantis.  
 Propterea igni sum consumpta, et uoq;, nec ipsa  
 Viua, sed perdet durū me tempus, ibi q;  
Cōstituent homines bustū mihi ēπανεχόμενοι με  
 θαλάσση.

Me periment faxis ēπι μοι γέρων ταργί λαλονσα  
 Charum dat natum: me cædite cædite cuncti,  
 Sic etenim uiuam, atq; in coelum lumina figam.

## LIBER OCTAVVS.



Erribiles toti mundo diuinitus  
 iras  
 Postremi secli uicturas tempore  
 pando,  
 Omnibus humanis effando futu-  
 ra per urbes,  
 Ex quo collapsa turri discrimina linguae  
 Sumpserunt hominum, uariato munere uocum.  
 Principio Aegypti, Persarum post ea regnum,  
 Medumq;, Aethiopūq;, ac Assyriæ Babylonis.  
 Deinde Macedoniæ fastus effata minaces,  
 Italiæ quintum clarum dirumq; recludo,

Extre-

## ORACVL A.

Extremum paret quod mundo tristia multa,  
Conatusq; hominum consumet totius orbis,  
Occidusq; feros reges perducet in oras,  
Et leges ponet populis, & cuncta domabit.  
Sed mola postremo pinset diuina farinam.  
Omnia tunc ignis perdet, uertetq; minutum  
In cinerem, celsos montes, & corpora cuncta,  
Donec causa mali cunctis dementia habendi.  
Nam fallacis erit auri, argentiq; cupidus.

Italie impo-  
riuum.

Nil etenim censem homines præstantius istis:  
Non lumen solis, non cœlum, non maris æquor:  
Non uastā terram, quæ procreat omnia: nō qui  
Donat cuncta Deum, genitorem totius orbis:  
Non fidei, non plus tribuunt pietatis amori.  
Impietatis fons, perturbandi ordinis author,  
Bellum causa, hostis pacis, dementia habendi,  
Quæ patribus natos, patres inimicat alumnis.  
Connubijs nec honos, auro præsente, manebit.  
Terra omnis metas custodes æquor habebit,  
Omnibus astute diuisa scatentibus auro,  
Ut terram semper uideantur uelle tenere.  
Diripient tenues, ut agris maioribus ipsi  
Quæsitis, illos cogant seruire superbi.  
Quod nisi terra procul cœli stellantis ab oris  
Sede remota foret, nō lux foret omnibus æqua,  
Sed quæsita auro solis locupletibus esset,  
Pauperibusq; aliud mundū Deus ipse pararet.

Rome rui-  
na.

Par tibi de cœlo, sublimis uertice Roma,

Adueniet

Rome ruina.

Adueniet clades, & flexo uertice prima  
 Complanaberis, & tota absumēris ab igni,  
 In noua deuergens sola, diuitiæq; peribunt,  
 Inq; tuis degent uulpesq; lupiç; ruinis.  
 Tunc deserta, quasi nunquam sis nata, iacebis.  
 Tunc ubi Palladium? quis te Deus afferet auro,  
 Aeré ue, uel saxo factus? consult a senatus  
 Tunc ubi sunt? ubi Rheæ Saturniç; propago?  
 Aut Iouis? & quorum tot religiosa colebas  
 Manes exanimos, simulachraq; luce carentum?  
 (In foelix quorum se iactat Creta sepulchris)  
 Sedibus exornans uita sensuq; carentes?  
 Sed tibi cum reges fuerint ter quinq; potentes,  
 A quibus occasus mundi subigetur, & ortus,  
 Adrianus. Rex erit albenti galea, qui nomen habebit  
 Vicini Ponti mundum pede uiset iniquo,  
 Munera conquiret, magnū auri pondus habebit,  
 Nec non inuisi argenti plus congeret, atq;  
 Detectum soluet, mysteria cuncta tenebit  
 Arcani magici: puerum demonstrat & ipsum  
 Esse Deum: tollet sanctè quecunq; coluntur.  
 A capite erroris cunctis arcana recludet.  
 Ex illo tempus flendum, quia reste peribit.  
 Praeq; potes populus, urbs corruet, inquiet olim  
 Noscens continuò uenturum tempus acerbum.  
 Tunc tua lugebunt tristissima fata uidentes,  
 Et miseram sortem, patres, natiq; tenelli,  
 Eheu lugebunt moestas ad Tibridis undas.

Post

Post hūc regnabūt tres ultima tempora haben  
Imp̄lebuntq; Dei coelestis nomina, cuius Ctes,  
Imperium nunc est, & tempus in omne manebit.  
Vix sāne æui plenus diu sceptra tenebit, Tiberius,  
Rex nimis in soelix, qui totius in sua tecta  
Congeret orbis opes, seruans, ut quando redibit Nero.  
Extremo cæsor matris fugitiuus ab orbe  
Omnibus has donans, Asiam locupletet abunde.  
Tum tu purpureo imperij nudata nitore  
Flebis, & in pullo luctus iterabis amicu.

O rex iactator, Roma prognate Latina,  
Iam tuus haud fama fastus celebrabitur ulla,  
Prostratusq; semel nunquā miserande resurges.  
Gloria namq; cadet gestantum aquilas legionum.  
Quò tibi tūc vires? que te armis terra iuuabit,  
Per te nequicquam seruire coacta, scelestes?

Nā genus omne hominū toto turbabitur orbe,  
Cum pater omnipotens ueniet, folioq; sedebit,  
Ut uiuos, fundosq; , ut totum iudicet orbem.  
Tum nec amicus erit nato pater, ipse ue patri  
Filius, ob subitos casus, atq; impietatem.  
Ex illo excidium, gemitusq; , fugasq; maneto,  
Oppida quando ruent, & tellus edet hiatus.

Ignifer ergo draco liquidis cum uenerit undis, Aesculapius  
Prolixo cum uentre, tuosq; souebit alumnos Romam ad-  
Instantis famis, & ciuilis tempore belli:  
Tum finis mundi, tum lux extrema propinquat.  
Iudiciumq; Dei æterni lectisq; , probisq;

Sed

In Romam. Sed Romæ præcedet incluctabilis ira.  
 Infelix uita adueniet, tempusq; cruentum.  
 Eheu immanis regio, gens barbara ualde,  
 Non animaduertis nuda unde, indignaç; solis  
 Veneris in lumen, repetas ut rursus eundem  
 Nuda locum, postremo in ius uentura seuerum.  
 Ut iura exercens iniuste \*

Sola giganteis manibus, quaquā patet orbis,  
 Delapsa ex alto terris habitabis in imis, (ignis  
 Sulphureq; , & naphtha, multoq; bitumine, &  
 Vanesces, & eris cinis ardens tempus in onine.  
 Quisquis & aspiciet, lugubres audiet istinc  
 Planctus, inq; Orco dentes stridore crepantes.  
 Et te dira tuis tudentem pectora pugnis.  
 Illic diuitibus par nox est, pauperibusq;  
 Omnibus. ē terra nudi, nudi sub eandem.  
 Crescentis uitæ tempus mox exitus auferit.  
 Nullus seruus ibi, non est herus, atq; tyrranus.  
 Non rex, non tumidus duclor, non legibus utens  
 Orator, non qui discernat iurgia princeps.  
 Non fuso recalet libantibus ara cruore.  
 Tympana non resonant, non cymbala \*

Tibia multifori non turbat pectora cantu.  
 Non lituus forma tortos imitante dracones.  
 Non quæ barbarico sonitu tuba nunciat armæ:  
 Non comes ebrietas luxus, non sœdalibido:  
 Non citharæ sonitus, nō sunt cōmenta malorū:  
 Non uis, non uariè se uersans ira, nec enses

Sunt

Sunt uita fundis, cōmune sed omnibus æuum.  
 Clauiger ad solium diuinum carceris alti,  
 Et signis auro, argento, saxo ue politis.  
 Pulchræ estote, diem quo pertingatis acerbum.  
 Roma tuas primas cernens poenas, fremitumq;  
 Nec tibi iam seruile iugū ceruice subibit (quis.  
 Aut Syrus, aut Græcus uel barbarus, aut alius  
 Excindere, luesq; quod unquam cunq; patrasti.  
 Et trepidans, donec persolueris omnia, fribus:  
 Tuq; triumphus eris mundo, tu dedecus orbis.  
 Ex illo sexta deuincti ætate Latini  
 Reges, postremū uiuēt, & sceptræ relinquunt.

In gentem sed rex alius regnabit eandem,  
 Qui subiget terras omnes, & sceptræ tembit,  
 Marte suo regnans (ea numinis alma uoluntas)  
 Succeditq; eius stirps inconcussa nepotum,  
 Nam sic in fatis fixum est uertentibus annis.  
 Aegyptus reges postquam ter quinq; crearit.  
 εὐθερ ὅταν φοινικές επέλθη τευταχεῖον  
 Ad gentes ueniet diuersas depofulandum  
 Hebræam gentē, tunc mauors marte premetur.  
 Is Romanorum perfringet tela, minasq;  
 Interiit florens Romana potentia quondam.  
 Vrbibus hinc atq; hinc positis regina uetus ta.  
 Non iam Romanū lœtum agrū deinde domabis:  
 Ex Asia quando ueniet cum marte potenti,  
 Omnibus his factis ueniet sublimis in urbem.  
 Porro quater decies complebis, terq; trecentos

Annos,

Annos, atq; octo, cum te pertingere metam  
 Tristia fata, tuo completo nomine, cogent.  
 Hei mihi quando illud tēpus miserāda uidebo?  
 Romātu quandoq; Latinis sed mage cunctis  
 uocūσετ ουνλαίσι τλιτ ἐγνηφίουσι νοχέιουσι  
 Ex Asia terra Troiæ portante quadriga.  
 Ex ardens animo, sed postquā ruperit Isthmum,  
 Aspiciens omnes pelagus traiectus eundo,  
 Nigro iniudetur tunc bestia magna cruore.  
 Edidit & canis in pastorū damna leonē. (cum.  
 Sceptra adimēt autē, quin & penetrabit in Or.  
 Et Rhodijs ueniet clades postrema, sed ingens.  
 Et Thebas manet exitium miserabile tandem.  
 Aegyptusq; ducum uitio, culpaq; peribit.  
 Et qui tum fugiet casus mortalis acerbos,  
 Is uir erit felix, is terq; quaterq; beatus.  
 Roma ruet. Delus nusquam deleta patebit.  
 Fiet arena Samus \*  
 Postremō Persas quoq; tangent funera tandem.  
 Ob tumidos fastus iniuria cuncta peribit.  
 Tunc sceptrū castus rex totius orbis habebit,  
 Perpetuō, in uitam reuocatis lumine cassīs.  
 Romaq; sublimis peraget tum tristia fata.  
 Hoc autem cunctis humanis fine peribunt.  
 Sed non parebunt, quamquam præstantius esset.  
 Sed cum longa dies accreuerit aspera cunctis,  
 Et famis, & pestis, infrenatiq; tumultus,  
 Tunc iterum uero princeps miserabilis ante  
 Coget

Coget consilium, quo pacto perdere possit \*  
 Sicca quidem folijs florebunt inde coortis,  
 In solidoq; solum saxo cœleste docebit.  
 Ignemq; & fulgur terris, & flamina densa.  
 Sparsaq; per totum mundum creberrima tela.  
 Sed rursum posito facient infanda pudore,  
 Non hominum ueriti, non numinis ipsius iram,  
 Omne nefas proni patrare, pudoris inanes,  
 Crudeles, violenti, importuniq; tyranni,  
 Mendaces, falsi, peruersi, perfidiosi,  
 Fœdisragi, falsis uerbis infanda loquentes.  
 Quos nec opes ullæ satiabunt, pluraq; quærēt  
 Turpiter, oppressi violenta fraude peribunt.  
 Sidera cuncta cadent, puppes maris \*  
 Sidera multa deinceps, splendentemq; cometæ,  
 Appellant homines stellam mala significantem,  
 Imminet ut multum bellum, uastatio, strages.  
 Nolim uiuere me tum cum iægæ imperitabit,  
 Sed tum, gratia cum cœlestis regna tenebit.  
 Cumq; aliquando puer sacer θολωφωρ & παιτωρ  
 Conficiet uincis pandendo triste profundum.  
 Mortalesq; domus concludet lignea statim.  
 Sed postquam decimū sub terras iuerit æuum,  
 Fœmineū imperiū deinceps erit, & mala multa  
 Afferet ipse Deus, quando regale decorum.  
 Moenibus ornatis oꝝ uitev d' etos hænos oꝝcōp.  
 Et sol nocturnis currens cernetur in horis.  
 Sidera deficient cœlum, multaq; procella

G Terram

Terram uastabit: sublati morte resurgent:  
 Cursus erit rapidus claudorum: surdus & ipse  
 Audiet, & cernent cæci, mutiq; loquentur,  
 Et communis erit uita omnibus \*  
 Terraq; par cunctis sine muro, aut sepibus ullis,  
 Nec diuisa quidem fruges feret ubiores.  
 Et dulci uino fontes, alboq; scatentes  
 Lacte & melle dabit \*  
 Iudiciumq; Dei æterni \*  
 Tempora sed postquam Deus immutarit \*  
 Aestatem ex bruma faciens, tunc omnia \*  
 Sed cum mundum perdidit \*

**I E S V S   C H R I S T V S   D E I   F I  
 L I V S   S E R V A T O R   C R Y C I:**

Aerostichis  
de Christo.

Iudicij signum tellus sudoribus edet,  
 Exq; polo ueniet rex tempus in omne futurum,  
 Scilicet ut carnem omnē, ut totū iudicet orbē.  
 Unde Deum fidi diffidentesq; uidebunt,  
 Suumcum sanctis in secli fine sedentem,  
 Corporeorū animas hominū quo iudicet, olim  
 Horrebit totus cum densis uepribus orbis.  
 Rejicient et opes homines, simulachraq; cuncta.  
 Exuretq; ignis terras, coelumq; salumq;  
 Incendetq; fores angustii carceris Orci.  
 Sanctorumq; omnis caro libera redditā, lucem  
 Tunc repetet: semper cruciabit flama scelestos.  
 Vitq; quis occulte peccauerit, omnia dicet.

Sub

S ub lucemq; Deus referabit pectora clausa.  
 D entes stridebunt, crebrescent undiq; luctus:  
 E t lux deficit solemq;, nitentiaq; astra.  
 I nuoluet cœlos, & lunæ splendor obibit:  
 F ossas attollet, iuga deprimet ardua montes.  
 I mpeditq; nihil mortales amplius altum.  
 L onga carina fretum nō scindet: montib. arua  
 I psa æquabuntur: nam fulmine torrida tellus,  
 V naq; & siccis fontes, et flumina hiabunt.  
 S idereisq; sono tristi tuba clanget ab oris,  
 S ultorum facinus mœrens, mundiq; dolores.  
 E t chaos ostendet, & tartara, terra dehiscens.  
 R egesq; ad solium sistentur numinis omnes.  
 V ndaq; de cœlo fluet ignea sulphure mixto.  
 A tq; omnes homines signum præsigne notabit,  
 T empore eo lignum, cornu per amabile fidis,  
 O ppositus mundo casus, sed uita piorum,  
 R espergendo lauans duodeno sonante vocatos,  
 C ompescetq; pedo ferrata cuspide gentes. (mo  
 R ex tibi nuc nostris descriptus in ordine sum-  
 V ersibus, hic noster Deus est, nostræq; salutis  
 C onditor æternus, per pessus nomine nostro,  
 I ntegra quem Moses expressit brachia tendes,  
 Vi fidei uincens Amalec. ut disceret esse 3  
 Electum patri populus, magnoq; in honore,  
 Dauidis uirgam, lapidē in quo consitit, in quo  
 C ui sua spes posita est, is in omnia secula uiuet.  
 Non aliter siquidem in decore \*

Probrosus, misere deformis, spem tamen addet.  
Et forma carnis perituræ \*  
Cœlestem dabit atq; hominem fictum.

Cui uaser imposuit serpens, ut mortis abiret  
In fatum, sciretq; bonumq; malumq; quid esset.  
Omissoq; Deo seruiret morte caducis.  
Huius consilio namq; olim primitus usus,  
Sic ait omnipotens: Faciamus imagine, fili,  
Ambo de propria mortalia semina ducta.  
Nunc ego curabo manibus, tu deniq; nostram  
Effigiem uerbis, ut opus commune struamus.

Ergo ad iudicium ueniet dicti memor huius,  
Persimilem formam portans in uirginis aluum,  
Collustrans lympha manibus senioribus omnes.  
Cuncta iubens faciet, morboq; medebitur omni.  
Pacabit uentos dicto, sternetq; profundum  
Insanum, placidis pedibus calcando, fideq;.  
Ad uiros a genas præbebit sputa pudentes,  
Verberibusq; sacrum tradet proscindere tergū.  
Versus hic ui-  
datur esse  
translatius. Virginem enim castam tradet mortalibus ipse.  
Perq; feret tacitus colaphos, ne forte sciatur  
Quis sit, cuius sit, mortalibus unde locutum  
Venerit, horrentemq; feret de uepre coronam.  
Nam sanctis ueniet de uepre æterna corona  
Lectis. tum calamo compungent ilia, legis (ra  
More sue. ex calamis etenim quos cœcutit au.  
Ad lites animi se se ira uindice uertit.

Verum

Verūm cum fuerint quæ dixi cuncta peracta,  
 Soluitur omnis lex in eum, quæ tradita quondam  
 Est placitis hominū, ob populū nō morigeratē.  
 Expandetq; manus, totum metetur ut orbem.  
 Panibus & quinq; & binis ex piscibus olim  
 Millia quinq; uirum in desertis exaturabit.  
 Quin & fragmentis collectis reliquiarum  
 Bis senos cophinos (ut sit sperare) replebit,  
 Felicesq; animas dicet \*  
 Qui mala derisi pensant bono \*  
 Concisi flagris, & paupertatis amantes.

Cūcta sciens, spectas, auscultans, intima prorsus  
 Viscera perscrutans nudabit, ut arguat: ipse  
 Cunctorum auditus, mens, uisus, sermo creator  
 Formarum, omnia cui parēt: qui morte solutos  
 Seruat: qui morbo cuiuis curando medetur.  
 Hunc tandem nocte sceleratæ & perfidiosæ  
 Contundent alapis palmæ (proh criminæ) diuī.  
 Felle fames eius, fitis illudetur aceto.  
 Hanc apponet ei gens scilicet hospita mensam.  
 Scindetur templi uelum, mediumq; diei  
 Nox tenebrosa tribus premet admirabilis horis.  
 Non etenim deinceps templū legemq; colendā  
 Arbitrio mundi monstratum est, idq; latebat,  
 Arbiter ut terras æternus uenit in imas,  
 Deuenietq; bonā spem portans omnibus, Orcū  
 Et tridui somno peraget mortalia fata.

Tum demum linquet manes, lucemq; reuiset,  
 Prima resurgendi lectis uestigia monstrans,  
 Qui laticis culpas abluti fonte perennis  
 Preteritas, rursum geniti, planeq; renati,  
 Iam non infandis parebunt moribus orbis.  
 Porro suis primum Dominus patescit, eritq;  
 Corporeus, sicut fuit ante, manusq;, pedesq;,  
 Ostendetq; impreßa suis uestigia membris  
 Quatuor, occasus, ortus, boreamq; notumq;.  
 Nam totidem mundi perpetrant regna patetis  
 Infandum nimii facinus, nobisq; probosum.  
 Salve casta Sion, permultaq; passa puella.  
 Ipsetibi incenso rex en tuis intrat asello,  
 Erga omnes mitis, iuga quo tibi, quo iuga demat  
 Intoleranda tibi, quæ fers ceruice subacta,  
 Soluat & exleges leges, uiolentaq; uincla.  
 Hunc agnosce tuum numen de nomine natum,  
 Laudibus hunc ornans, huc imo pectore gestas,  
 Diligeq; ex animo, ferq; eius amabile nomen.  
 Reijce præteritos, aq; eius sanguine solue.  
 Nam nec uerba tibi, nec eum libamina placant,  
 Nec sacra ( inextinctus cum sit ) mortalia curat,  
 Sed qui sincero taciturni pectore adorant.  
 Nosce quis hic nā sit, tum patrē deniq; cernes.  
 Tempore torpebunt uidua omnia semina mūdi,  
 Aer, terra, salum, lux ignis seruida, cœli  
 Cardo dies, noctes, confident omnia in ignes,  
 Et sicut species quam desertissima rerum.

.. Omnia

Omnia namq; cadent lucentia sideri cœlo,  
 Nec uolucres plumis agiles per inane uolabunt,  
 Omnibus & tellus animantibus orba iacebit.  
 Non homines edent uocem, uolucres ue, seræ ue  
 Confusus solitum sonitum non audiet orbis,  
 Sed magnū sonitū reddet maris unda minacis.  
 Et trepidi cuncti morientur in æquore pisces.  
 Nec sulcabit aquas iam pondere nauis onusta,  
 Mugitumq; dabit de bellis terra cruenta,  
 Humanæq; animæ frendebunt dentibus omnes,  
 Vexabuntq; malos ululatus, atq; timores,  
 Cædibus atq; siti, fame, pesteq; deficientes,  
 Optandumq; mori dicent, fugietq; uocantes.  
 Non dū mortis enim requie, nō noctis habebūt.  
 Multaq; ne quicquam supremi numina patris  
 Orabunt, sed eos tunc auertetur aperte.  
 Secula nam septem dedit, usus uirgine casta,  
 Ad resipiscendum spaciū mortalibus ægris.  
 Ipse mibi Deus hæc sibi decreta omnia dixit,  
 Perficietq; meis quæ sunt dicta omnia uerbis.  
 Noui ego arenarū numeros, mēsumq; profundi,  
 Tellurisq; sinus, tenebrosaq; tartara noui, turi,  
 Quot fuerint homines, quot sint, quot deinde fu  
 Astrorū numeros, stirpes frondesq; quot usq;  
 Quot sint quadrupedes, quot pisces, quotq; uo  
 Idē nā species hominū mētesq; creauit, lucres.  
 Et docuit scire, & rationis munia recte.  
 Lumen qui fixit, quiq; aures cernit, & audit,

Omnis qui mentis motus teuet, omnia nouit,  
 Et tacet, & tandem conuincet, supplicioq;  
 Afficiet que quisq; hominum celata patrabit.  
 Cum ueniet solium ad diuinum iura daturus:  
 Qui nil dicentes, mutos, intelligit, audit.  
 Et quantum tellus a cœli uertice distet,  
 Principium, finem, media omnia nouit: ab ipso  
 Omnia sunt, cœlum qui, telluremq; creauit.  
 Solus enim Deus est, non est Deus alter ab ipso.

In simula-  
chrorum cul-  
tores.

Ast homines syluis abscindunt robur, & inde  
 Muta suis manibus diuum simulachra figurant.  
 Quæ decorent ritu, libamentisq; profanis,  
 Impurasq; colunt nugas, genitore relicto.  
 Omnesq; assidui uanissima munera libant.  
 Et tamen hoc ipsum se rentur honore iuuare,  
 Atq; dapes adolescent, ut cassos lumine pascant.  
 Namq; cremant carnes, & plenis ossa medullis,  
 Et mactant aris, & placant sanguine manes,  
 Candelasq; Deo accendunt, qui lumina donat.  
 Actanquam sitiat, uini libamina fundunt,  
 Mortales ebrij, qui numina uana fatigant.  
 Non libaminibus, non sacris indiget istis,  
 Non nidore malo, aut inuiso sanguinis haustu.  
 Namq; (tyrannorum regumq; insanis suadet)  
 Manibus hæc faciunt, ceu manes cœlicolæ sint,  
 Ritus curantes prauosq; Deoq; carentes.  
 Effigiesq; suas (rerum genitore relicto)  
 Marmoreos dicunt diuos, pendere putantes

Hinc

Hinc sibi spem & uitam, surdi mutiq;, malū qui  
Credere tam faciles, à recto prorsus abhorrent.  
Ipse uias posuit binas uitaeq; necisq;;  
Proposuitq; bonam menti sibi sumere uitam:  
Ipsa sed in mortem æternam se iecit, & ignem.

Effigies mea homo est rectæ rationis alumna.  
Huic tu pone uolēs purā sine sanguine mensam, Vera religio,  
Repletamq; bonis. panem potum p;famenti,  
Et sitienti da: nudum tege corpus amictu.  
De proprio castis manibus largire labore,  
Oppressum recreat: fessi solare labores.  
Hec à te detur uiuenti uiclima uiuens.  
Sparge pie semen, Dominus tibi donet ut ista:  
Aeternos fructus, aeternum lumen habebis.  
Vitam incorruptam, cum cunctos arguet igne.  
Omnia nam purgans, molem conuerret in unā.  
Cœlum cōuoluet, telluris operta recludet.  
Manes in uitam (fatorum lege soluta,  
Et lethi stimulis) ad iudiciumq; uocabit,  
Iudicet ut tandem mores prauosq; piosq;.  
Ariete tunc aries, pastor pastore propinquos  
Et uitulus uitulo admoto censembitur illuc.  
Quosq; sibi nimium fastum sumpsiisse patebit,  
Et qui cuilibet os obstruxere imperiosi,  
Et sibi de sanctis uires peperere subactis,  
Ex paribusq; ipsos fecerunt inferiores,  
Et studij lucro ducti iussere silere:  
Tunc inquam cedent omnes fidisq; probisq;.

Non iam iurgia erunt, non iam dicetur Erit cras,  
 Aut transiuit heri: nec erunt quos crebra sati.  
 Cura dies: nō uer, aestus, autūnus, hyems' ue, (gat  
 Ortus' ue, occasus' ue: dies nam longa manebit.  
 ēis διώνα φωτὸς μεγάλου τετραθημένος ἐγένετο

Christus Iesus seclorum \*

Aeternus, nunquam genitus, plane intemeratus,  
 Ignitas cœli cohabet qui uiribus auræ:  
 Fulminis & sonitum seu fulgore coerctet,  
 Horrendos tonitrus mollit, pacatq; fragores.  
 Terram conuoluens stridores comprimit \*

Fulguris obtundit percussus igne micantes.  
 Imbris & immodicos fluxus, & grādinis albæ,  
 Et nubis gelidi amplexus, hyemisq; solutæ.  
 Singula namq; ipsi conieclant mente, uidentur  
 Quæ tibi quæq; tuo nato annuis ipse patranda.  
 Qui tibi & unanimis, & par, res ante creatæ,  
 Humanæ iudex uitæ, sociusq; creator.  
 Ad quem tu oris prima dulci sic uoce locutus:  
 Condamus hominem propriū, nostræq; figuræ  
 Persimilem, atq; auram uitalem demus habere.  
 Cui uel mortali totus famulabitur orbis,  
 Et factio ex terra nos omnia subiiciemus.  
 Hæc tu mente tua sic uerbo fatus, & ecce  
 Omnia facta: tibi parent elementa iubenti  
 Omnia protinus, & rerum natura perennis.  
 Est cum figmento mortali condita rite,  
 Cælum, aer, ignis, tellus, fluctusq; marini,

sol

Sol, luna, astrorumq; chorus montesq;, diesq;, Nox, flatus, somnus, uigilantia, uisq; uolendi, Vita intellectus uoces, & robur, & artes, Atq; immansuetū uolucrū genus, atq; natantū, Mansuetum, bigenus, serpentūq;, ancipitumq;. Omnia namq; tibi certo ordine disposuisti, Temporibusq; petit postremis terram. \* Et breuis egressus Mariæ de uirginis alio Exorta est noua lux \*

E' cœlo ueniens mortales induit artus.

Ac primum corpus Gabriel ostendit honestum Gabriel  
Nuncius, hinc tali affatur sermone puellam:

Accipe uirgo Deū gremio intemerata pudico.

Sic ait: ast illam coelestis gratia molli

Maria

Leniſt afflatu. tum uirginitatis amatrix

Perpetuæ, magno subito correpta stupore,

Atq; metu, trepida pressit formidine mentem

Ignotis uerbis commoto corde tremiscens.

Hinc ut letificis mens est recreata loqueli,

Erubuit malas ridens puerile uenustas,

Letitia, dulciq; animum demulsa pudore.

Tunc ad se rediit, uerbumq; uolauit in alium,

Idq; suo factum, atq; animatū tempore, corpus

Mortali facile cretum est. puer inde creatus

Virgineo partu, mira est mortalibus hæc res:

Sed res nulla Deo patri natoq; stupenda.

Hoc pueru nato properauit gaudia tellus,

Cœlestis risit sedes, & gestijt orbis.

Divinamq;

Diuinamq; Magi stellam coluere recentem.  
 Monstratusq; Dei præcepta sequentibus infans  
 Est in præsepi, quem fascia circuit, estq;  
 3 Dicta Logi Bethlem diuino patria nutus  
 Caprarum atq; ouium custodibus, atq; bubulcis.  
 \* Et tumidos fastus animis odiſſe modestis,  
 Atq; alios prorsum ceuſemet amare, Deumq;  
 Diligere ex animo cum relligione colendo.  
 Nos igitur sancta Christi deſtirpe creati  
 Cœlesti, nomen retinemus proximitatis,  
 Lætitiae memorem feruantes relligionem.

## F I N I S.

C I T A N T V R E T A' T H E O  
 philo sexto Antiochenis ecclesiæ episcopo, in se-  
 cundo libro ad Autolycum, uersus ex Sibylla, quo  
 rum nonnulli in his libris extant, sed paulo aliter  
 habent. Alii nō extat. Hos igitur nos ita in Latinū  
 uerterebamus. Sic igitur inquit Theophilus: Sibylla  
 autem, quæ cum apud cæteras nationes, tum apud  
 Græcos uates fuit, in principio suæ uaticinationis  
 hominum genus obiurgat his uerbis,

**M**ortales homines, uiliſſima corpora carnis,  
 Cur uos effertis, neq; finem cernitis æui?  
**D**e **D**eo. Nō tremitis, summuq; Deū (quo præſide ſtatis)  
 Non formidatis: qui conficit omnia teſtis,  
 Conditor omnia qui nutrit, cunctisq; ſuauem  
 Indidit afflatum, mortales qui regat omnes,  
 Vnus qui ſolus regnat Deus, atq; supremus,  
 Omnipotens.

Omnipotens, nunquā genitus, qui conficit ipse  
Omnia, mortalē non aspeclabilis ulli.

Corporeis oculis etenim quis cernere uerum,  
Aeternumq; Deum poscit, cœlumq; colentem?  
Cum neq; splendentis radiantia lumina solis  
Sustineant homines mortales cernere contrâ.

Hunc colite, hūc unū, qui solus regnat in orbe,  
Qui solus semperq; fuit, semperq; futurus, (per,  
Non genitus, per se constans, tenet omnia sem.  
Et uiget in cunctis mortalibus, atq; uigorem  
Sensibus insinuat, communis luminis autor.  
Præmia sed prauæ mentis digna accipietis  
Quandoquidem æternoq; Deo, ueroq; relicto  
Cui decus, et sacro debetur uiclima ritu,  
Manibus infernis fecistis sacra superbi.

In hoc uersu  
diuinaui.

In simulachri  
colas.

Insaniq;, uia recta ueraq; relicta,  
Erratis per iter scopolis et sentibus horrens.  
Desinite in tetræ noctis titubare tenebris,  
Vani mortales: noctisq; nigrore relicto,  
Vtimini (patet en cunctis errore sine ullo)  
Solis luce, suo qui lumine cuncta serenat.  
Atq; hoc pectoribus sapienter noscite uestris:  
Vnus, qui pluuias mittit, motusq; notosq;,  
Est Deus: atq; fames, pestes, tristesq; dolores,  
Atq; niues, glaciē, sed quorsum singula pandoe  
Imperat et cœlis, et terræ præsidet. Ipse est.

Deis autem qui generati dicuntur, ait, (rili  
Quod si progenitū est prorsum interit: exq; ui-  
Fœmineoq;

Famineoq; nequit membro Deus esse creatus.  
 Sed Deus est unus solus, rerumq; supremus,  
 Qui cœlum, solem, stellas, lunamq; creauit,  
 Frugiferam terram, ponitq; fluenta tumentis,  
 Excelsos montes, fontesq; perenne scatentes,  
 Et sub aquis degens genus innumerabile gignit,  
 Quæq; premunt terrā serpentia corpora nutrit,  
 Et uarias uolucres, seu balbas, siue canoras,  
 Stridentes, teneras, fulcantes aera plantis,  
 Et genus imposuit sylvis agreste serarum,  
 Subiecitq; pecus nobis mortalibus omne,  
 Cunctorumq; ducem fecit diuinitus ortum,  
 Subiecitq; uiro quæ uel comprehendere non sit.  
 Namq; quis hæc ualeat mortalis noscere cūclar<sup>et</sup>  
 Ipse sed hæc solus nouit qui condidit unus,  
 Autor inextinctus, æternus, in æthere degens,  
 Et multo maiora bonis bona præmia reddens,  
 In iustosq;, malosq;, ira pœnisq; coercens.  
 Immittens bellum, pestem, durosq; dolores.  
 Stirpitus, ô homines, cur insurgendo peritis?  
 Non pudet in diuos, seles & bruta referre?  
 An non est rabies, cæcæq; infania mentis?  
 Tauros furantur diui, prædantur & ollas.  
 οὐδὲ λέγουσιν ταῦτα νάτοι τοιονταναῖς  
 συνέβησαν δεκάπεντα τύνανται  
 Serpentes colitis, stulti, selesq;, canesq;,  
 Et uolucres, & quæ serpunt animalia terræ,  
 Et fabricata manu simulachra, & saxe signa,  
 Et

Et passim lapidum moles. hæc, uanaq; multa  
 Præterea colitis, quæ sunt turpiſima dictu.  
 Talia sunt hominum ſtultorum numina ſalsa,  
 Quorum mortiferum diſtillat ab ore uenenum.  
 At cuius uita eſt, cuius lux illa perennis,  
 Lætitia unde uiris dimanat dulcior omni  
 Melle: cui ceruix omnis ſe ſubdereſoli  
 Debet, quiq; pijs oſtent dit quæ ſit eundum  
 In uitam, hiſ in qua neglectis, inſipienter  
 Ingentem, magnum calicem, plenumq; meraco  
 Pœnarum hauiſtis furiosis mentibus omnes.  
 Nec sobrij uultis ſaneq; euadere mentis,  
 Et nouiſſe Deum regem, qui cuncta tuetur.  
 Propterea feruens ignis uos opprimet ardor,  
 Semper et in flammis turpes ardebitis, omne  
 Quandoquidē uanis ſtatuis impenditis æuum.  
 At quibus eternus colitur Deus, atq; perennis,  
 Hi uitam degent quæ tempus in omne manebit,  
 Floriferos hortos paradiſi ſemper habentes,  
 Et dulcem cœli panem ſtellantis edentes.

Versus quidam Sibyllini a Laſtantio citati, qui  
 neq; in Theophilo, neq; in  
 his libris extant.

Cum uenerit ille

lib. 7. cap. 19.

Ignis erit tenebræ mediæ caligine noctis,  
 Audite o homines, rex imperat ille perennis. 7.24.  
 Omnia ſed feret hæc tellus ſacra ſola piorum

Ex

Ex petra mellis latices, laclisq; perennes  
Fontes, unde bibant iustiq; pijsq; scatabant.

De ira Dei  
cap. 23.

Atq; Dcū regem cunditorū progenitorem.  
Quē tremit et tellus, cœlū, pelagusq; profundū,  
Tartareiq; sinus, atq; ipsi dæmones horrent.

EXTANT ETIAM APVD EVN  
dē Lactantiū quædā græca Apollinis oracula, quæ  
nobis interpretari, & huc addere usum est. Igitur  
primi libri cap. 7. sic ait. Apollo querenti cundam  
quis esset, aut quid esset omnino Deus, respondit  
uiiginti & uno uerbis, quorū hoc  
principium est:

Ex se se constans, sine matre, à nemine doctus,  
Immotus, nomen quod uerbis dicere non est,  
In flammis habitās: hoc scilicet est Deus. at nos  
Eius parua sumus Genij pars.

Item libro quarto de Christo loquēs inquit: Pro-  
pterea Mileius Apollo consultus, utrū ne Deus  
an homo fuerit, hoc modo respondit:  
Corpore mortalis, sapiens per facta stupenda:  
Iudicibus sedenim Chaldæis captus, et armis,  
Clavis et palo finem tolerauit acerbum.

Et libro quarto: Polites quidam consuluit Apollinem Mileium (inquit) utrū ne maneat anima post  
mortem, an resoluatur? & respondit his uerbis:  
Donec corporeis animus connexibus hæret,  
Cedit mortali, patiens humana, dolori.  
Sed cum mortali compage solutus, abiuit,  
Corpore confecto, tum totus in aethera fertur,  
Incorruptus ubi maneat, nunquamq; senescens.  
Sic antiqua Dei fieri prudentia mandat.

F I N I S.

# ANNOTATIONES

## IN SIBYL LAS.

### EX LIBRO PRIMO.

<sup>1</sup> Cœlum despiciens.) In Græco neq; sententia apta uidetur , neq; uersus constat. Puto de prauatum.

<sup>2</sup> Est ἄρτος . ) Non primus Adamus in orcum descēdit, sed Abel. Sed quia fuit Adamus primus hominū (unde et Adam Hebræis hominem significat) ab eo denominatus est orcus . Licet autem hic uidere Græcorum errorem, qui hoc nomen græcum esse rati (ut & alia multa) absurdè interpretati sunt.

<sup>3</sup> Sunt elementa nouē mihi . ) Hoc nomē quod sit, nescio. Sed cum Noam alloquatur Deus ante factā linguarū diueritatē, non dubium est quin ea lingua utatur, quæ tum sola erat. Hebræam autem sūisse, patet cùm ex nominibus, quibus Adamus animalia nuncupauit , cum ea nominata in Hebræo sermone animaliū serē naturam declarant : tum ex primorum hominum nominibus, quæ in solo Hebraico sermone significatiā sunt, ut Adami, ut Caini, ut reliquorum. Quod si ita est, cū hic Sibylla uocet elemēta quædam ἀφωνα (idest cōsona, sicut in Iesu nomine, Deo uolēte, declarabimus) oportet aliquas eſſe literas in Hebræa lingua , quæ uocales appellantur. Atqui

H nullæ

nullæ sunt Omnes enim consonantes uocant, utentes punctis quibusdam uocalibus, quæ neq; literæ uocantur, neq; numerorum notæ sunt, ut possint in huius nominis rationem uenire. Oportet igitur aut Aleph, He, Vau, Iod, & Ain uocales dici: aut Sibyllam græcè loquentem, de aliquo græco Dei nomine loqui, & quod à Deo hebraicè dictum sit, id ad sermonem græcum accommodare, quasi ipsa græcè, non Deus hebraicè loquatur: quemadmodum in Apocalypsi Iesus dicit, se esse α & ω, nisi forte ibi græcè loquebatur. Atq; hæc quidem in medio posita sint ad considerandum. Ac si cui notum hoc nomen est, cum oro ne studiosos celet.

3 Vicos cum bis & unum Complessit soles in undis.) In arcæ fuit per annum Noe, ut tradit Moses: sed quadraginta dies cōpleteuit in aquis. totidem enim dies pluisse, idem Moses tradit. Nec refert, quod Sibylla addit unum ad quadragesima. Moses enim secutus est numerum quadratum: sicuti cum apud eundem dicit Abrahamus, ante conceptum Isaacum se centenarium esse, cum esset uno anno minus. Sed iudicent alij.

4 Iactata meo cum coniuge.) Hic locus nos admonet, ut de Sibyllæ genere & ætate differamus. Igitur hic, & ad finem tertij libri tradit se nurum esse Noæ, cumq; eo euasisse ex diluvio, et Babylone profectam uaticinari per Græciam, falso q;

falsoq; ex Erythra natam dici: ab alijs etiam ex Circe & Gnosti. Præterea in fine libri septimi docet, se iam ardoribus & æuo confectam esse, sed tamen à tempore consumptum iri, neq; semper uicturam. Ex quib. locis patet, eam diutius uixisse, quam ferret communis ætas hominum. Quæ res locum fecit fabulæ, quæ ab Ouidio in 14. Metam. posita est, ubi Sibylla ostendit sibi à Phœbo prorogatam esse uitam, scq; iam septingentos annos uixisse, & adhuc trecentos esse duraturam. Atq; eadem eius uitæ longitudo in causa fuit (sicut ego existimo) ut quæ eadem esset, plures esse putarentur, quod ea diuersis temporibus & locis apparens, plurimum speciem præberet, non putantibus hominib. eam tamdiu posse uiuere, sed aliam esse. Nam quod memorie proditum est, Sibyllam quandam fuisse Persicam, ex stirpe Noæ, hæc eam se esse tradit. Erythræam autem putari, quæ alia putata est. Cum ea quoq; eadem esse dici potest, ex eo quent citaui Nasonis loco. Itaq; uidentur aliquanto pauciores fuisse Sibylæ, quam uulgo habentur: neq; tamen nego fuisse aliquam multas. Neque est quod mihi quisquam obijciat, Sibyllam tamdiu uiuere non potuisse, quod hominis uitam Deus Noæ dixisset fore centum uiginti annorum. quæ res non statim post diluvium accidit, propterea quod hominū prauis conatibus (pro-

pter quos Deus uitam minuit, tum diluio, tum  
linguarum diuersitate cohibitis, non erat neces-  
se hoc decurtandæ uitæ extremū remediū statim  
adhiberi. Sed id postea adhibitum est, ut Deus  
futurum dixerat. Itaq; Abrahamus centesimo  
anno senex est. Hoc inquam si quis obijciet, re-  
spondebo, Deum de communi & vulgari uita  
curriculo dicere. Nam & Abrahamus, & alij  
multi diutius uixerunt, et Sibylla uixisse potest,  
quum Deus nulli sit obnoxius legi, quo minus  
faciat quod ipsi uisum sit. Videtur autem scri-  
psisse quedam ante Saturni seculum. Nam li-  
bro primo de Titanibus uaticinatur. Libro au-  
tem tertio & narrat, & uaticinatur. sed uide-  
tur narratio illa magis esse uaticinatio. Solent  
enim uates de rebus futuris loqui, quasi de præ-  
teritis: quòd Deus (à quo afflantur) futura iu-  
xtà ac præterita uidet.

5 Dono Sabaoth.) Hoc nomen Hebræum est,  
& significat exercitus. Vocatur autē Deus exer-  
cituum, quasi tu dicas, armipotens, aut bellipo-  
tens: quòd omnibus (quæ usquam sunt) rebus,  
tanquam militibus utatur.

6 Vocales quatuor autem Fert, nō uocalesq;  
duas binū Geniorum.) Hoc ænigmate signifi-  
cat nomen ih̄sūs Seruatoris nostri, quod con-  
stat ex quatuor uocalibus literis, & duabus con-  
sonantibus: quæ literæ in lingua græca efficiunt  
888.

888. Nā ualeat 10. n 8. o 200. o 7. v 4. s 200. Vo  
cat autē ἄφωνα cōsonantes, literis in φωνήναι et  
ἄφωνα, idest τύμφωνα diuisis. Quod autē uerto,  
Non uocales duas, in Græco est in fine uersus, id  
d' ἄφωνα δη̄ν αὐτῷ. Sed neq; uersus ratio constat,  
neq; sententia. Itaq; ubi est δη̄ν, legendū est δη̄ν  
in quo sanè facilis fuit lapsus, quod inferior  
pars literæ οέλτα, superiore auulsa, figuram ha  
bet literæ ο: superior itē, affperi spiritus: med. a  
pars autē literæ, quia graciliori tractu calami e  
xaratur, facile potuit exolescere. Litera autē νι,  
qualis in fine scribi solet ν, facile ex ν facta est,  
subiecta infra partem priorē linea, et deleta a  
postrophe, quæ sequebatur. Sed quid sit Binūm  
Geniorum, neq; satis intelligo, neq; uersus satis  
constat, nisi ογγέλων dicimus penultima longa,  
qua licetius est Homerus in μέλος επειώσια.  
Quod si est, significat Sibylla duos esse genios,  
quorum nomen à litera οιγά incipiat, quorum  
unum alicubi nominat ipsa Sanielem: alter qui  
sit, non uideo, nisi si est Seheliel. Sed nihil hic  
affirmo. In sequenti uersu pro οέλτων, legi debet  
ελόν, duobus uerbis.

## EX LIBRO SECUNDΟ.

- 1 Adonæus.) Hoc nomen Hebræum est, et do  
minum significat.
- 2 Secula nam septem.) Arbitror hic seculum  
uocari lustrum, et significari Christi doctrinā,

atq; uitam, quæ fuit septem lustrorum.

3 Qui nomine complet Ortus) Hoc latinè exprimi non potuit, quod nulla illarum quatuor regionum initium habeat à quarta litera . Hoc autem nomen Adam græcæ linguae accommodat, non quia græcum sit, sed quia græce loquitur: idq; ex sua persona.

### BX LIBRO TERTIO.

1 Ex Augustinis.) Augustinos uocat ciuitatem quæ paruit Augustis, quæ in Apocalypsi (ut & alibi à Sibylla) Septicolis appellatur. Ex hac uen turus est Belial, qui à Sibylla Belias uocatur: sicut à Græcis Annibas dicitur, qui est Annibal: quanquam Belier paulopòst appellatur. Sed nihil refert. Is est, qui in sacrīs literis uocatur Antichristus, & homo perditus. nam hoc signifi cat Hebraico sermone Belial. Est autem diligenter animaduertendum, quemadmodum Christus cum iam adesset, tamē expectabatur, idē etiam in Antichristo accidere. Et sicut prædictum erat, fore ut Messiae temporib. lupi, pardi, leones, ui peræ, et cæteræ feræ mansuerent, quæ res erat uaticinio more intelligenda, id quod Iudeos fal lit: ita quod dicitur Antichristus miracula factus, in eo magnopere uidendum est ne fallamur. Non enim uera erunt miracula: quæ res eos fal lit, qui tales sunt in Iesum Deum quales fuere Iudei in Iesum hominem.

Deinde

2 Deinde Macedonicum.) Secundam syllabā necessariō produxi, Sibyllam imitatus, sicut Latini primam Italiae. Idem feci & in Sicilia.

3 Namq; domus regno.) Non tam latē quidem regnauit Solomo, sed in eos quo dammodo regna re dicitur, à quibus ei munera mittebantur, & quibus metuendus erat, ut est in Psal. 72.

4 Chium quoq; se ipse uocabit.) De Homero loquitur, qui primo hymno ad Apollinem, Delias alloquens monet, ut si in posterū interrogentur quem cantorem habeant, quo maxime delectentur: respondeant, hominem cæcum, in Chio habitantem. de se loquens.

## EX LIBRO QVARTO.

1 Assyrij mortalibus imperitabūt Omnibus.) idest maximum erit Aßyriorum imperium. Nō enim toti orbi imperarunt, sed ita dicuntur imperare omnibus, ut Cyrus, qui apud Esdram uocat se regem totius orbis.

2 Miserabilis Asis.) Asim uocat Asiam.

## EX LIBRO QVINTO.

1 Cuius capitalis habebit Littera bis decies.) Hæc sunt intelligenda in Græco sermone, in quo literæ numerum significant.

2 Matrū cæsores.) sic Romanos appellat, propter Neronom matricidam.

## EX LIBRO OCTAVO.

1 Porro quater decies.) Romani imperij finis

intelligendus est, cum Decius XXVI imperator unà cum filio suo cæsus est à Gotthis, à quibus postea deletum est imperium Romanum. Hoc autem accidit anno ab Urbe condita millesimo tertio, qui numerus superat numerum à Sibylla possum numeri quinquaginta quinq;<sup>;</sup>, cum illa dicat Romanum completam esse annos nongentos quadraginta octo, qui numerus est literarum non minis Romæ in sermone Græco. Sed ante Decium res iam fuerat Gotthis cum Romanis : Romanorum imperium perire recte dicitur, cū Gotthorum (à quibus uicti fuerunt) incipit.

\* IESVS CHRISTVS.) Hanc Acrostichidem per omnia imitatus sum, præterquam in ultima litera. Cum enim in græco sit Crux in recto casu, ego uerbo latino destitutus, cuius litera prima eſſet x, posui Crucis. Videtur autem Cicero audiuisse hoc de Christo uaticinium. Nam in libro secundo de Diuinatione, de Sibyllæ carmine loquens, differit his uerbis: Sibyllæ uersus obseruamus, quos illa surens fuisse dicitur, quorū interpres nuper falsa quedam hominum fama in senatu dicturus putabatur, eum quem reuera regem habebamus, appellandum quoq;<sup>;</sup> eſſe regem, si salvi eſſe uellemus. Hoc si est in libris, in quem horum, aut in quod tempus est? Callide enim quæ illa composuit, perfecit, ut quodcunq;<sup>;</sup> accidisset, prædictum uide

uideretur, hominum & temporum definitione  
sublata. Adhibuit etiam latebram obscuritatis,  
ut iudicem uersus alias in aliam rem posse accom-  
modari uiderentur. Non esse autem illud car-  
men furentis, cum ipsum poema declarat ( est  
enim magis artis, & diligentiae, quam incita-  
tionis & motus ) tum uero ea quae angostixis  
dicitur, cum deinceps ex primis uersus literis  
aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis,  
quae Ennius fecit. Id certe magis est attenti ani-  
mi, quam furentis. Atqui in Sibyllinis ex pri-  
mo uersu sententiae primis literis illius senten-  
tiae carmen omne prætexitur. Hoc scriptoris  
est, non furentis: adhibentis diligentiam, non  
insani. Quamobrem Sibyllam quidem seposi-  
tam & conditam habeamus, ut ( id quod prodi-  
tum est a maioribus ) iniussu Senatus ne legan-  
tur quidem libri, ualeantq; ad deponendas poti-  
us, quam ad suscipiendas religiones. Cum anti-  
stribus agamus, ut quiduis potius ex illis libris,  
quam regem proferant, quem Romæ posthac  
nec dis, nec homines esse patiātur. Hæc Cicero.  
Sed quod dicit Sibyllam hominum temporumq;  
definitionē callide sustulisse, non uerè dicit.  
Nam ea ad finem secundi libri aperte dicit, tum  
uenturū esse illum regem immortalem, toti orbi  
dominaturum, cum Roma Aegypto imperare  
capisset: id quod accidit paulo post Ciceronem,

Sub Augusto, quæ religio iam hominū animos occupauerat, cum de reducendo in Aegyptum Ptolemæo ageretur (ut est in prima Familiarium epistolarum Ciceronis) qui Ptolemæus à Gabinio reductus est. Præterea in libro primo dicit, tum cum eſſe uenturū, cum eſſet Ioannes baptista ab Herode occisus: Ioannem uocē quandam appellans in deserto clamantem. Sed qualis futurus eſſet ille rex, nesciuſſe Romanos, ideo minus mirū eſt, quod ne Iudæi quidē sciuerūt, putantes fore terrestrē, cū futurus eſſet diuinus & cœlestis. id quod ex Sibylla cognosci potest, cum Deum uocat, & nostra causa supplicio affectū. Quod autem dicit de Acrostichide Cicero, male omnino colligit: quasi uero sit difficilius Deo uates agitanti talia fundere carmina ex tempore, quam Ennio, adhibito & tempore & diligentia.

3 Dicta logi Bethlehem. Ἀέγος sermonem & rationem declarat, siue consilium quoddam, & prudentiam ac mentem, per quam Deus agat, sicut homines sermone & ratione agunt: cuius uerbi uis quoniam latine uno uerbo satis exprimi non potest, uis sum Græco. Bethlehem autem Hebræis domum panis significat, in quo opido natus est noster ille cōditor, auctor, seruator, Dei filius I E S V S C H R I S T V S, Deus summis laudib. celebrādus in sempiternū.

ANNOTATIONVM FINIS.

MOSIS CARMEN, IN QVO HE-  
brœorū calamitatem ob alienorum deorū cultum fu-  
turam prædictis rursumq; eorundem instaurationem,  
et hostium ultionem: quod argumentum à Sibyl-  
la non est alienum, ex Exodi 32.

**A**udite cœli quæ loquor, accipe  
Oris loquelas terra mei, meæ  
Imbris fluent ritu camœnæ,  
Verba fluent mearoris instar.  
Non secus ac si prata rigans liquor  
Cœli pluentis gramina mulceat,  
Magni Iouæ nomen citabo:  
Laude Deum celebrate nostrum.  
Perfecta cuius fortia facta sunt,  
Et iuncta recto iudicio. Deus  
Fidissimus, culpaq; maior,  
Iustitiæ pater, atq; recti.  
**A** quo scelestè degenerant sui,  
Non iam sui, sed perdita natio.  
Talin' Iouam mercede placas,  
Inspiens popule, atq; stulte?  
Is nonne uindex est tuus, et pater,  
Qui te creauit, qui tibi dat statum?  
Antiqua seclorum reuolue  
Tempora, præteritos et annos.  
Patres rogato, consulito senes,  
Qui consulenti sic referent tibi.

Cum

Cum sorte gentes separaret,  
 Dirimeretq; homines supremus,  
 Diuisit agros gentibus, intuens  
 Hebreæ quanto gens numero foret.  
 Namq; eius est sanguis Iacobi  
 Pars adamata, peculiumq;  
**Quem** cum relicto repperit in loco,  
 Diris ferarum uocibus horrido,  
 Complexus est ipsum docendo,  
 Utq; suos oculos tuendo.  
**Quo** more nidum suscitat, & supra  
 Vibrata pullos peruolitat suos,  
 Passisq; susceptos in alis  
 Fert aquila, & per inane fertur:  
 Sic solus illum duxit agens Ioua,  
 Præsente nullo præterea deo,  
 Et uexit in suprema terræ,  
 Frugibus ut frueretur agri.  
**Quin** melle saxis, ac oleo petris  
 Manante duris nutrijt, & boum  
 Molliq; balantum cibauit  
 De grege lacteq; butyroq;  
 Nec non opimis carnibus arietum,  
 Agnisq; & hircis pinguibus, optimi  
 Cum tritici candente flore,  
 Sanguineoq; liquore uitis.  
**Hinc** ergo pinguis redditus, improbe,  
 Crassoq; farctus pondere corporis,

Hunc

Hunc calcibus , qui te creauit,  
 Estq; salus tua , reppulisti  
 Verumq; ducens pro nihilo Deum,  
 Hunc prouocasti (proh scelus) aduenis  
 Diuis ad iram , dæmonas q;  
 Sacrificando , deos putasti.  
 Ignota diuum numina , non procul  
 Adducta , nunquam culta parentibus ,  
 Ambis , tui dum conditoris  
 Immemor , immemor es parentis.  
 Hæc ille cernens fert grauiter Ioua ,  
 Prolis perosus flagitium suæ ,  
 Et dicit: Auersabor illos ,  
 Sicq; uidebo cadent ut hæres.  
 Gens infidelis , progenies malæ  
 Frugi , dolorem qui mihi per deos  
 Vanos , & indignos deorum  
 Nominibus , faciunt , & iram .  
 Ergo uiciissim per fatuas eos  
 Gentes , & ipso nomine gentis haud  
 Dignas , ad iram prouocabo ,  
 Afficiamq; pari dolore.  
 Flamma furoris terribilis mei  
 Terræ peruram uiscera funditus ,  
 Eiusq; fruges , montiumq;  
 Firma cremabitur igne moles .  
 Ipsos malorum congerie premam ,  
 Totisq; telis funditus opprimam .

Vret

Vret fames, urent dolores,  
 Exitiabilis uret æflus.  
**A**ddam ferarum uulnera dentium,  
 Addam malorum uirus & anguium.  
 Ferro foris desæuetur,  
 Intimatecta pauor tenebit.  
**L**ethum puellas & iuuenes idem,  
 Annosq; canos, & pueros manet.  
 Stat stirpitus delere gentem  
 Ex hominum numero scelestam.  
**H**ostem ferocem sed metuo male,  
 Ne ueritatis nescius, hæc suæ  
 Dicens superbæ cuncta dextræ  
 Gestæ, iouæ neget eſe factum.  
 Nam gentis eius non ratio sagax,  
**V**llum ue mentis consilium uiget,  
 Prudenter ut considerent hæc  
 Tandem aliquando, putentq; secum:  
 An mille possent uincere singuli,  
 Et dena bini millia uerterent,  
 Ni proderet clausos in arctum  
 Sponte sua Deus ipſe eorum:  
 Nam non eorum par deus est Deo  
 Nostro, uel hostis iudicio: sed est  
 Illis & uua, & uitis, agros  
 Quæ Sodomæ sapit, & Gomoræ,  
 Est uua succo fellis amarior,  
 Prægnans racemis tristibus: est eis  
vinum,

Vinum, quod est planè draconum  
 Virus, & aspidis horridum fel.  
 Hæc sub meis sunt condita clauibus,  
 Arcana sunt hæc me penes abdita,  
 Fiet mei vindicta iuris,  
 Pœnaq; cum pedibus labascent.  
 Namq; instat illis exitij dies,  
 Duriq; casus temporis ingruit,  
 Cum scilicet causam suorum  
 Suscipiet Ioua iam secundus.  
 Cum destitutos robore pristino,  
 Omniq; nudos praesidio uidens  
 Dicit: quibus freti fuerunt,  
 Numina, nunc ubi delitescunt?  
 Polluta quorum mandere pingua,  
 Haurire quorum sunt soliti merum  
 Libaminum: quin excitantur,  
 Auxilioq; suo tegunt uos?  
 Nunc eſe ſolum diſcite me Deum,  
 Nullo ſecundo, quem penes eſt necis  
 Vitæq; ius: qui uulnerare,  
 Vulneribusq; queo mederi.  
 Cui nulla res eſt quæ queat eripi:  
 Qui ſic in altum tollo manum meam,  
 Per meq; uitæ iuro patrem,  
 Si gladium exacuam coruscum,  
 Fortiq; causam ſuſcipiam manu,  
 Multabo iusto ſupplicio meos

Hofles,

Hostes, et auro me perosis  
Præmia digna suo rependam.  
Tingam sagittas flumine sanguinis,  
Ensemq; pascam carne cadentium:  
Tantus cruor manabit, hostis  
Ultio tam capitalis instat.  
Laudate gentes hunc populum, qui  
Vltor suorum sanguinis est Deus,  
Hostemq; poena persecutus,  
His fauet, his patriam tuerur.

## F I N I S.

## TYPOGRAPHVS LECTORI.

Visum est nobis huc addere Vergiliū eclogā quartam, quae ex Sibyllino carmine sua prae (ut in ea iegenda apparet) rotā de Christo scripta est, quem admodū uidere licet in Ludouici Vīnis, hominis in primis docti expositione, quā huc eadem causa ascripsimus.

## VERGILII ECLOGA 43

**S**icelides Musæ, paulò maiora canamus.  
Nō omnes arbusta iuuāt, humilesq; myricæ.  
Si canimus sylvas, sylvaæ sint Consule dignæ.  
Ultima Cumæi uenit iam carminis ætas,  
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo,  
Iam redit & uirgo, redeunt Saturnia regna,  
Iam noua progenies cælo dimittitur alto.  
Tu modò nascenti puerō, quo ferrea primum  
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,  
Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.  
Teq; adeò decus hoc æui, te consule inibit  
Pollio, & incipient magni procedere menses.  
Te duce, si qua manent sceleris uel ligia nostri,  
Irrita perpetua soluent formidine terras.  
Ille Deūm uitam accipiet, diuisq; uidebit  
Permistos heroas, & ipse uidebitur illis,  
Pacatumq; reget patrijs uirtutibus orbem.  
At tibi prima puer nullo munuscula cultu  
Erranteis hederas passim cum baccare tellus,  
Mistaq; ridenti colocasia fundet acantho:  
Ipse lacte domum referent distenta capellæ

Vbera, nec magnos metuent armenta leones.  
Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores,  
Occidet & serpens, & fallax herba ueneni  
Occidet: Aſſyrium uulgo naſcetur amomum.  
At ſimul Heroum laudes, & facta parentis  
Iam legere, & quæ fit poteris cognoscere uirtus.  
Molli paulatim flauescet campus arifa,  
In cultisq; rubens pendebit ſentibus uua,  
Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella:  
Panca tamen ſuberunt prifcae uestigia fraudis,  
Quæ tentare Tethin ratib. quæ cingere muris  
Oppida, quæ iubeant telluri infindere fulcos.  
Alter erit tū Tiphys, & altera quæ uehat Argo  
Delectos heroas: erunt etiam altera bella,  
Atq; iterum ad Troiā magnus mittetur Achiles.  
Hinc ubi iam firmata uirum te fecerit ætas,  
Cedet & ipfe mari uector, nec nautica pinus  
Mutabit merces, omnis feret omnia tellus:  
Non rastros patietur humus, non uinea falcem.  
Robustus quoq; iam tauris iuga ſoluet arator,  
Nec uarios diſcret mentiri lana colores:  
Ipſe ſed in pratis aries iam ſuaue rubenti  
Murice, iam croceo mutabit uellera luto:  
Sponte ſua ſandyx paſcentes uellet agnos.  
Talia ſeclauis dixerunt currite fuſis,  
Concordes ſtabili fatorum numine Parce.  
Aggredere ô magnos (aderit iā tēpus) honores  
Chara deūm ſoboles, magnū louis incrementū:  
Aſſipe

Aspice conuexo nutantem pondere mundum,  
 Terrasq; tractusq; maris, cœlumq; profundum.  
 Aspice, uenturo lætentur ut omnia seculo.  
 O mihi tam longè maneat pars ultima uitæ,  
 Spiritus &, quantum sat erit tua dicere facta:  
 Nō me carminib. uincet nec Thracius Orpheus,  
 Nec Linus, huic mater quamuis, atq; huic pater  
 Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo. (ad sit  
 Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,  
 Pan etiam Arcadia dicat se iudice uictum.  
 Incipe parue puer risu cognoscere matrem,  
 Matri longa decem tulerint fastidia menses.  
 Incipe parue puer, cui non risere parentes,  
 Nec deus hūc mensa, dea nec dignata cubili est.

## IO. LOD. VIVIS SCHOLION.

Sicelides Musæ. ) Asinius Pollio bellum gessit cum Illyriis. quo uero tempore cepit Salonas, illorum urbem, natus est ei filius, quem ideo Saloninum appellauit. Vergilius, quum in ueribus Sibyllin's legisset, nasciturum per illa tempora admirabilem quendam puerum, qui orbem renouaret, uaticinii accommodauit puero. nam ex aliis gentibus non arbitrabatur futurum, propter magnitudinem imperii Romani. Sed puer in tenera ætate mortuus est. alterum enim Asinius habuit filium, heredem familiæ: qui dictus est Asinius Gallus. Itaq; omnia sunt de Christo, de quo & nos interpretabimur, & nendicabimus suo Domino possessionem. Taceant impii. nam uel simplici uerborum sensu, absq; ullis omnino allegoriis, de nullo prorsus alio potest intelligi quod hic dicitur, quam de Christo. Sicelides Musæ. ) Propter Theocritum Sicium, quem in hoc carmine possimum emulatur, Musas Sicelienses appellat carmē rusticum. Paulo maiora canamus. ) Nō enim orunes pastoricia materia delectatur,

hoc est humili. Si canimus sylvas.) Quod grandem materiam sylvestri musa canimus, mirandum non est. nam & ipsae sylvae prouincia sunt saepenumero consularis, dignæ quæ a consule Romano curentur: ut Suetonius scribit, C. Iulio Cæsari prouinciam in consulatu daram, sylvas & calles. Ultima Cumæi.) De Sibyllis diximus fuisse in Augustinum, Aduentus Domini nostri tanta res fuit, ut prænunciari cōtenerit Iudeis & gentibus, ut priores expectarent, præsentes reciperen, posteri crederent. Ideo sicut apud Iudeos fuerunt prophetæ, ita apud gentiles Sibyllæ, dictæ quasi conscite diuini consili. Vaticini autem aduentare tempus colligebat Vergilius, quod Sibyllarum multa carmina ita erant composita, ut primis uersuum litteris, aut postremis, personam uel tempus designarent: ut Cic. in libris de Dimatione docet, & apud Eusebium est uaticinium Sibyllæ, de iudicio Christi postremo, ad eundem modum, quod Augustinus citat lib. de Cœlit. Dei XVIII. Iam redit & virgo.) Dixerat aliquid forsan Sibylla de diua Virgine, id poera ad virginem iustitiam transmittat, aut forsan de ingenti iustitia Christi, & auro seculo: quod etiam describit Esaias propheta, cap. ix. Erit in nouissimis diebus: & quæ sequuntur. Saturnia regna.) In quibus magna cum quiete & pace uiuebat, in æqualitate omnium, sine superbia, iracundia, & iniuria, qualis esset indubie populus, qui Dei iussis pareret.

Iam noua pogenies.) Non peruit ab homine Christiano disertioribus uerbis explicari, descensus filii Dei ad nos.

Tuus iam regnat Apollo. )Lucina Diana est, a ferenda luce nascentibus. Apollo est eius frater, orat Diana, ut fauere at pueru nascenti, libens ac propitiæ: nempe in regno fratris sui Apollinis. Augustus existimatus est Apollinis filius, postmodum etiam Apollo nominatus. Te consule inibit.) Pollio Asinius consul fuit cum Gna. Domitio Cæliuino in III uiratu, An. V. C. 714. ante Christum natum 37. Te duce.) Pecatū originis delebitur uirtute Christi, ut in baptismo per fiduciam erga illum. Bene expressit uestigia sceleris. iam originis scelus, uestigium est, a parentibus transmissum in posteros. Soluent formidine.) Fiducia enim erga illum, qui est Deus, omnem excludet timorem supplicii obculpam, siue propriam, siue haereditariam Perpetua.) Quam bene? nunquam enim intermittebatur, quin nos uexaret. Et hos uersus ad eundem modum interpretatur D. Augustin. in Cœlit. Dei. Ille dcum uitam. )Puer diuinam

nam

nam uitam uiuet, & uidebit heroas, & semideos suos,  
quos ille constitueret: & ipse ab eis nō corporeis modo o-  
culis uidebitur, sed (quod potius ac beatius est) mētis. de  
quibus est. Beati oculi qui uident, quae uos uidetis. Pa-  
catumq; reget.) Data omnia filio in manus a patre, fre-  
quentes est in sacris carminibus, & aliis libris mysticis. &  
patrem subiicere omnia filio. At tibi prima puer. ) De-  
scribit cursum Ecclesiae Christi, hoc est regni Christi in  
terris. Regnum enim Dei in Euangelio, inter cetera  
Ecclesiam quoque significat. In nascente Ecclesia, nullo  
cultu, sed opere spiritus Dei, nata sunt dona dulcissimi &  
suauissimi odoris, tot Apostoli, discipuli, martyres. Bonus  
odor Domino, in omni loco. Ipse lacte domum.) Fru-  
stuosissimi fuerunt, nunquam prodibant, quin domum re-  
uerterent cum magno prouentu Domino. Nec ma-  
gnos.) Neque greci Christi metueret principes & monar-  
chas, minantes & frementes. inter ipsos autem incredibi-  
lis erat concordia, pax, nullum inuidiz aut superbiz ue-  
nenum. Iam simul heroum. ) Sequenti ætate, instituta  
doctrina Dei, exemplis Christi, disciplina Apostolorum,  
extendet se pietas latissime: non iam ad munuscula, &  
res minutas, sed ad colligendam messem, uindemiā, mel.  
Ingredientur Iudei, & magna multitudo gentilium. flau-  
scet paulatim arista gentilis tenera, & in spinis huma-  
næ contumacie colligitur uia suanis, & in dura igno-  
rancia nascetur dulcedo mellis. Pauca tamen suberūt.)  
Non ita poterit induci Christianismus in animos homi-  
num, quin multa etiamnum remaneant vestigia veterum  
errorum, diffidentiæ, auaricie, inimicitiarum, belli, cru-  
delitatis, ambitionis, arrogantiæ. hinc nascetur studium  
nauigandi, & commutandi merces ad quæstum: hinc moe-  
nia urbis, ex similitatibus & diffidentia: hinc agricul-  
tura sollicita, haec enim per se non mala sunt, sed prauus  
noster affectus est in illis. Alter erit.) Redibunt pristina  
incommoda nauigationum & bellorum, unde mala tam  
multa in genere humano. Hinc ubi iam firmata virum.)  
Vel de coelesti beatitudine, uel de perfectis Christianis id  
dicitur a Sibylla: in quorum animis est tranquillitas incre-  
dibilis, & ætas aurea. Nec ad cupiditates exercebunt res  
naturales, sed ad necessitates ineuitabiles: quæadmodum  
Paulus scenas faciebat, & patres in Aegypto exercebant  
humum, nec erunt de his rebus uilibus solliciti, sed eorum  
conuersatio erit in cœlus, contenti ad usum rebus quali-

huncunque obuiis, facileque parabilibus. quo siet, ut copia sit rerum omnium, unoquoq; ad suos usus sumente, non trahente ad improbas cupiditates. Talia secula suis.) Vel hoc dixerunt fata ex uotis hominum, ut talia esent secula: uel ipsa id iussertunt. regnum enim Christi, regnum omnium seculorum, nec unquam sumet finem. fatum enim uoluntas est & iussum Dei. Concordes stabili. ) Fortasse nimium curiosum uideri posset, si per hasce parcas concordes numine & uoluntate fatorum, intelligi Sibylam uoluisse diceremus, tres personas in diuinitatem morosorum nociferatione, ac quiritatione. Aggrede instare tempus: siue tempus hoc est prænotatum a Sibylla, siue occasio rerum gerendarum, que ex qualitate negotiorum nascitur. Utara deum soboles. ) Nihil aperiens de Christo, chara soboles Dei, & parris incrementum. De quo enim mortali dici potest, quod sit incrementum Iouis? quis potest Deo dare incrementum? at Christus Deus Dei filius, gloria est patris: quia sapientia & uirtus illius.

Aspice.) Tempus est remedii, quando ruunt iam omnia, & in statu discrimen extremum, quod erat in genere humano plane prostrato & afflito: hoc est tempus, de quo loquebar modo. Aspice uenturo.) Ut non solum homines, sed angeli, & ipsæ res mutæ exhibarentur aduentu Christi. Nam ipsa uniuersitas mundi, ut inquit Paulus, liberabitur a seruitute corruptionis. O mihi tam longe.) Infinita sunt acta Christi, & ineffabilia: longissima uita opus esset, ad ea explicanda. Utinam tamdiu uiuam, dum tu facta cecinerim. Vel optar sibi longâ uitam, ut tale possit materia scribere. at ea est de ingenio tuo confidentia: responderet. Non me carminibus.) Eiusmodi materiam cantant nec uincet Orpheus, nec Linus, nec Pan. quid enim sunt, que illi canunt, pre his ipsis? Fiducia est ergo in materia, non in ingenio. Huic mater.) Etiam si adiuventur, Orpheus a Calliope, matre musa: Linus a Phœbo, deo carminum. Pan etiam Arcadia. ) Non oblitus est decori, pastori enim maior & præstantior est Pan, quam Calliope & Phœbus. Ita iam ad summum peruenit, non uiminauit. Arcadia. ) Vbi natus, ubi educatus, ubi collitur, ita ut uel sub iniquo sibi iudice & alteri saevente uirorum se confidat. magnum est, munico iudici se appro-

bari posse: ut inquit Plinius. Incipe parue puer. Illa quidem olim futura, certa & indubitata. nunc uero incipe exhilarare matrem risu tuo, ne des ei fastidium tua tristitia. Satis sit fastidorū exhaustum decem mensibus, quibus te utero gestauit. Menses hi lunares sunt, non ciuiles.

Tulerint. ) Permissiuū est, concedentis præteritum, ut refineat fururum. uelut apud Ciceronem: Quæ malū seruitus hæc est uoluntaria, fuerit aliqua necessaria. & Salust. Egeris oro te Cicero, perfeceris quidlibet, satis est perpetios esse nos. Cui non risere. ) Grammatici de his ueribus satis multa differunt, & nos in Augustinum. Sed breviter, mea sententia, per Deum intelligi conuenit Genium, cui mensa parabatur: unde Genio indulgere. & per deam, lunonem, cui sternebatur leitus, quum ablactabatur infans. Significat periculum esse uitæ in puerili tristitia, quod iis dei infantium tutelares non faueant. Quod ita accidit. nam & puerus hic celeriter est extinxius, nec passus est Deus illum uiuere, in quem poeta magna authoritatis transtulisser, quæ prophetiæ dixerat de filio Dei. Atq; hos uersus postremos suspicor a Vergilio additos, post pueri mortem.

## E R R A T A.

Pag. 14. uersu 25. lege, uirosaq; 21. 2. ea  
liginis 41. 11. sanguinem 64. 19. dūrwe  
rip 65. 3. (nota tricenaria monstrat) 71.  
3. dux ad cædes 90. 10. ἐταρεγχόμενοι  
107. 24. Mortali facie 117. 1.

v 400.

B A S I L E A E, E X O F F I C I  
na Ioannis Oporini, Anno Salutis  
1546. Mense Augusto.

227 p 51

OCN 69055895

ADDITIONS


With their father's friend, I found them at 12:30 and  
we took light refreshments there and then walked  
to the general hospital. There the women were being  
treated and some were having their operations. It was very  
exciting to see all the medical instruments and the  
operations being performed. After this we stopped  
at a small restaurant for a light meal and then  
walked back to the station to take the train to the  
city. We got a room at the station hotel and had  
dinner at a local restaurant. This was a very  
good place to eat and the food was delicious.  
After dinner we went to the station to catch the  
train to the city. The train was late and we had to wait  
for about an hour. When the train finally came, we  
got on and headed towards the city. The train was  
very crowded and we had to stand for most of the  
trip. When we arrived in the city, we took a taxi  
to our hotel. The hotel was very nice and we  
had a comfortable room.


ADDITIONS

After breakfast we took a walk around the city.  
We visited the main square and saw many  
interesting sights. We also visited the local  
museum and learned a lot about the history  
of the city. We then took a taxi back to  
the station and caught the train back to  
the general hospital.

ADDITIONS

We spent the afternoon in the hospital.  
The women were doing well and we were  
able to help them with their care.





los radicis et rubicundus electo ex multis flos et quem decsi  
angeli pspice flos ad cuius odorem inimiscut mortui et  
ipse testatur flos capi est et non orti Capus enim suu  
er amiculorum non seminatus ab aliquo non defossus articulo-  
rum iactifimo Sic oī sic uigis alius floruit sic inobata  
ra et casta marie biscea tibi pascua etenim uitorum florae  
etre cuius pulchritudo non uideat coruipendie cuius gloria et pro-  
no marcescat C O uigo uiga sublimis. et quod sublime uer-  
tem cugis usq; ad sedere in throno usq; ad dominum maiestatis.  
id mirum quoniam et altum metus radices humiliantis O ne celesti  
ita preciosior cunctis sanctior omnipotens O ne signum uite quod  
fuit dignum portare fratrem salutis Deiphesa est iam malig-  
nes insueta tua misera et plane factitas tua: duo ipso die  
creatu*m*edacu*r* et iudic*i*fama uicas cum si utroque co-  
nosce mentem. Sed ab inicio molti cum direbas. neqq; mo-  
bi et uicas domini manet letitium Et et ne rinde si potes. quia ei  
ne euangelio frater mundus potuerit quem nec hac quod est uiga-  
rum et fratrem sublimem negauit Etenim quod pro filio non peccat.  
non oīa sicut tu illo donauit P Sed iam adiutus non faller.  
uigo regia ipsa est uia per quam salvator aduicit. precedens ex  
ureo tibi sponsi de thalamo suo Tenetes ergo uia. quam p-  
si meministis ceperimus inestigare simus. studeamus et nos  
sumus ad ipsum per eam ascendere. quod per ipsam ad nos descendit. p-  
retere in gratiam ipsius. quod per eam in uiram misericordia uenit C Prece  
suum abscamus ad filium omnib[us] in uictu grege. genitrix uite  
salutis. ut prece suscipiat nos. quod per te datur et nobis Er-  
it et per te iustitia tua cuiuspa*r* ure corrupcione. et huius

bene fuit ita tunc uicinum ipse. Copiosa ministrat  
 copiam intus sume patrum et fecunditas gloria sa-  
 credis q[ue]d est in d[omi]n[u]m et in mediatur m[er]ita aduocati  
 tuo filio. Et tunc tibi et a filio nos remeda tuos  
 peccata. Fecit enim deus granum quā uicta p[ro] program  
 meruit p[ro] te. Iacobus registi ut q[ui] mediare re[st]et  
 tunc p[ro] misericordia tua uita et misericordia fr[ate]re p[ro]tegat  
 ut nos g[ra]tias tibi dicimus id est ipso ihesu filio tuu d[omi]n[u]s n[ost]r[u]s  
 o[mn]is deo gratias t[ame]n t[ame]n dominu[m] seruitor[um] do[n]atione  
 p[ro]ficiuntur fratres q[ui] uicta celebantur. et sepe rebatur  
 sacerdoti nec erat tunc uita p[ro]pria cui p[ro]ficiuntur  
 in continuo p[ro]cessione uicta. dignissima magnitudine op[er]is  
 compedit fratre angelico tunc uideres t[ame]n q[ui] super se p[ro]p[ter]a  
 manifestari et ascenderes et descenderes ad filium h[ab]ent  
 p[ro]p[ter]a uenire ap[pet]itor quo ad possu[m] testimoniis p[ro]ficiuntur  
 sacerdoti. In modu[m] cogito exaltacione agnosco. Quod  
 hoc de ammirata creator et deo. uideatis  
 quod dicit q[ui]d. Sed dicit aliq[ui]. quid uenisse deo  
 erat q[ui]de i[n] mundo et mundo p[ro]p[ter]a ip[s]u[m] fecit e[st] et mundo est n[on]  
 p[ro]p[ter]a uenire q[ui] absent. sed ap[pet]ere q[ui] faciebat vnu[m] et humani  
 uocem. Id est formam q[ui] numeru[m] et dina tunc uocem habitas  
 es. Nec sicut ignorans manebas. sed p[ro]p[ter]a tunc  
 feci ab illo. nec dignus ero a q[ui]bo t[ame]n sua p[ro]p[ter]a posse  
 nosa et ymaginib[us] exhibebar ut q[ui] fecerat hominem ab ymaginib[us]  
 rubore sua. ipse homino moris. Et fecit ero. **C**ontra ergo  
 rite maiestatis tate humiliantis tate cunctis. tate et  
 cunctis uite ab omnibus eccl[esi]a semel i[n] anno solempnis incepit



